



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

Libri III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)



D. IOANNIS DAMAS-
SCENI PARALLELORVM

LIBER TERTIVS.

DE IIS, QVI RECENS MATRIMONIO
copulati sunt. CAPVT I.

Deut. 24.

Ecll.

Nat.
Carm. ad
olymp.



I QVIS VXOREM recens acceperit, non exhibit ad praelium, nec imponetur ei vllum negotium. Immunis erit, ac fedebit in domo sua vno anno, & oblectabit vxorem suam, quam accepit. Qui acquirit vxorem, incipit ditari.

H

simile.

Afflicto
marito por-
tus est v-
xor.

Nata mea, munus hoc à Gregorio patre accipe. Nam patris admonitio longe optima ac saluberrima est. Deum primò, ac deinde maritum, vita tue oculum, ac consilij arbitrum & moderatorem reuerere. Hunc vnum ama & desidera, atque hoc vno te oblecta: eoque magis, quò te perfectiori amore complectitur. Ne tantum fiducia libertatisque capias, quantum tibi mariti desiderium prabet, sed quantum honestas ipsa concedit. Quandoquidem omnium rerum satietas est. Ac sane rerum omnium satietas est: sed ab amore satietas arceri satius fuerit. Caue, ne, cum foemina sis, in virilem tumorem ac libertatem prorumpas. Ne generis tui amplitudinem marito proferas, nec propter opes ac sapientiam supercilium attollas. Sapientis enim mulieris est, matrimonij legibus cedere atque obtemperare. Marito irascenti cede: laboranti mollibus verbis ac probis consiliis opitulare. Nam nec is, cui leonum cura commissa est, ira estuantis ac rugientis belluae robur corporis viribus frangit, ac vicissim irascendo: sed eam blanda manu, mollique verborum sono, permulsam domat. Nunquam tibi accidat, vt detrimentum vllum iacturamque, quamuis grauisima ira percita, marito exprobres. Nam ipse multò pluris tibi esse debet, quam omnes facultates. Illud quoque caue, ne quem marito tuo parum amicis laudes, vt per comparationem versuta cum oratione perstringas. Rursum autem communes cum eo voluptates atq; molestias habe. Hoc enim rem familiarem auctiorem reddit. Cum mœrente viro non nihil ipsa quoque mœre. Marito enim in mœrorem aliquem prolapsus commodissimus portus est vxor. Radius porrò & K tuum limine efferre studeas, nec ad publicos ludos proficiscaris. Id enim pudorem verecundis etiam excutit. Nec verò earum mulierum consuetudine vttere, quæ superbo collo sunt, & facie meretricia: nec eorum virorum, qui marito tuo displicent. Cura denique, vt virgineus pudor egregium sub palpebris tuis ruborem marito fundat: vt que vel ad solum hominum aspectum erubescas, oculos cæcos, superciliumque humi depressum habens.

De ieiunio, ac ieiunantibus.

CAP. II.

Esa. 58.



CCE ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nunquid tale est ieiunium quod elogi, per diem affligere hominem animam suam? nunquid contorquere quasi circulum caput suum? Nonne hoc est magis ieiunium,

A ieiunium, quod elegi? Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui contracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes. Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo, qui est in abscondito. Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in aperto.

Mat. 6.

B Verum ieiunium est auersio à peccato:

Ingluuiis voluptatem non ultra ventrem porrigit: ieiunium autem utilitatem ad animam prouehit. Gaude, quod tibi à medico datum sit pharmacum, quo peccatum deleatur. Ut enim vermes illi, qui in puerorum visceribus gignuntur, acerrimis quibusdam medicamentis de medio tolluntur: ad eundem modum iniquitatem, in profundo haerentem ac delitescentem, ieiunium in animum ingrediens, necat. Ne faciem tuam hypocritarum instar obscures. Qualis es, talis appare, non ad tristitiam te ipsum effinges, ut ex eo, quod continentia opinionem habeas, gloriam aucuperis. Ut enim tubæ clangore proclamata beneficentia nulla est utilitas: sic etiam nullum ex promulgato ieiunio lucrum redit. Nam quæ ostentationis studio fiunt, fructum ad futurum seculum haudquaquam extendunt: Verum

Basil.
Orat. 1. de
ieiun.

simile.

simile.

C in hominum laudem commendationemque desinunt. Ac proinde ad ieiunij beneficium latus accede. Vetus donum est ieiunium, quod non vetustatem ac senium contrahit, sed semper renouatur, ac perpetuo flore vigescit. Non recentiorum inuentum est, sed patrum thesaurus. Quicquid antiquitate præstat, veneratione dignum est. Moueat te ieiunij canities. Humanum genus ætate æquat. Ieiunium in paradiso lege sancitum est. Hoc enim primum mandatum Adamus accepit, De ligno scientiæ boni & mali ne comedatis. Hoc porro, Ne comedatis, ieiunij & continentia edictum est. Si Eva à ligno ieiunasset, hoc ieiunio nunc haudquaquam opus haberemus. Neque enim opus habent sani medico, sed qui malè habent. Per peccatum afflicti fuimus: per penitentiam sanemur. Penitentia porro remoto ieiunio infrugifera est. Maledicta terra, inquit Scriptura: spinas & tribulos proferet tibi. Inge-

ieiunij

antiqui-

tas.

Gen. 2.

Luc. 5.

Gen. 3.

D miscere iustus es, non deliciis indulgere. Per ieiunium Deo te purga. Quia ipsa quoque in paradiso vitæ ratio ieiunij imaginem gerebat: non hoc tantum nomine, quod homo, cum angelis consuetudinem vitæ habes, per frugalitatem ad eorum similitudinem accedebat, verum etiam quia ea omnia, quæ postea humano ingenio ac solertia inuenta sunt, nondum ab iis, qui in paradiso degebant, excogitata fuerant. Nondum enim vini potio locum habebat, nondum animantium maculationes, non cætera, quibus humana mens inficitur. Quoniam autem minime ieiunauimus, è paradiso deiecti sumus. Ieiunemus igitur: ut ad eum remigremus. An non cernis quemadmodum Lazarus ieiunij ope atque adiumento in paradysum introierit? Eua inobedientiam ne imiteris, nec serpentem rursum in consilium adhibeas, qui tuenda carnis prætextu, ut cibum capias, suadet. Corporis morbum & imbecillitatem ne causeris. Neque enim mihi has excusationes dicis, sed ei, qui perspectas & exploratas ipsas habet. Ieiunare non potes, dic quæso? Saturari autem, ac ciborum pondere corpus obtinere potes? Atqui illud mihi compertum est, medicos iis, qui infirma valetudine sunt, non ciborum varietatem, sed inediam ac penuriam imperare. Quoniam igitur modo, cum hæc possis, illa tamen te minime posse causeris? Vtrum tandem ventri facilius est, victus parsimonia noctem tolerare, an ciborum copia onustum iacere, imò ne iacere quidem, verum identidem, nunc huc, nunc illuc, verti, disruptum ac gementem?

Luc. 16.

Mosen ieiunij beneficio ad montem accessisse nouimus. Neque enim fumantem verticem intrepido animo adiiisset, atque in caliginem ingredi ausus fuisset, nisi ieiunij armis communitus. Per ieiunium Legem accepit, Dei digito in tabulis conscriptam.

Ieiunium Prophetas gignit, fortibus robur conciliat. Ieiunium Legislatores sapientes reddit. Anima bonum presidium est, corpori fidus ac tutus contubernalis, strenuis armatura, pugilibus exercitatio. Hoc tentationes propulsat, hoc animos ad pietatem acuit. Pru-

ieiunij

laudes.

gentia socium est, pudicitie parens. In bellis strenuam operam præstat: in pace quietem **E**
 agit. Nazareum sanctitate afficit: sacerdotem numeris omnibus absoluit. Neque enim fie-
 ri potest, ut quisquam citra ieiunium sacris operari audeat, non modo in presenti hoc mys-
 tico ac vero sacrificio, sed etiam in typico illo, quod iuxta Legem offerebatur. Hoc ma-
 gni miraculi spectatorem Eliam effecit. Nam cum quadraginta diebus animam ieiunio
 3. Reg. 19. perpurgasset, ita demum hoc consecutus est, ut in montis Horeb spelunca Dominum, quan-
 tum ab homine perspicere potest, videret.

Ieiunium orationem in cœlum transmittit, atque ad supernum iter pennarum vice ipsi
 est. Ieiunium domuum est amplificatio, sanitatis mater, iuuenilis ætatis moderator, senibus
 ornamentum, viatoribus commodus comes, iis, qui vna habitant, tutus contubernalis. Ma-
 trimonio insidias parari minime suspicatur maritus, cum uxori familiare esse ieiunium **G**
 cernit. Uxor rursus zelotypia non conficitur, cum ieiunium viro gratum esse videt. Iam
 verò quis in ieiunio rem suam familiarem unquam imminuit? Quæ domi habes, hodierno
 die recense, & postea eadem rursus numera: nihil ob ieiunium in domo tua desideratur.
 Nullum animal mortem deplorat, nusquam cruor, nusquam sententia ab inexorabili ven-
 tre aduersus animantia pronuntiata. Quiescit culinarius gladius: sponte nascentibus men-
 sa contenta est. Sabbatum olim Iudæis datum est, ut requiescat, inquit Scriptura, iumen-
 tum tuum, & puer tuus. Ieiunium igitur famulis, qui tibi per totius anni spatium inser-
 uunt, quietem à continuis laboribus afferat. Coquum tuum recrea, mense structori da o-
 tium: pocillatori manum siste. Conquiescat aliquando domus tua ab innumeris tumultibus,
 & fumo ac nidore, atque ab iis, qui sursum deorsumque curstant, ac ventri, tanquam tru- **H**
 culento cuidam domino, ministerium obeunt.

Ieiunium æris alieni naturam nescit: vsuras non redolet mensa ieiunantis: pupillum,
 ieiunantis filium, non strangulant vsuræ paternæ, ipsius collo serpentum in modum im-
 plexæ.

Ieiunantis color venerabilis est, non ad impudentem quendam ruborem efflorescens, sed
 pudico pallore coornatus, oculus placidus, compositus incessus, cogitabunda facies, petulan-
 ti risu minime dedecorata, sermo moderatus, pectus purum.

Ieiunium ciuitatis decus est, fori tranquillitas, ædium pax, bonorum conseruatio. Visne
 ipsius honestatem perspectam habere? Confer quæso hodiernam vesperam cum crastina: &
 ciuitatem ex turbine ac tempestate in altissimam tranquillitatem conuersam videbis.

Esai. 58. Verum ieiunium à vitis auersio est. Dissolue colligationes impietatis. Animi tui of-
 fensionem proximo remitte: debita ipsi missa fac. Ne ad iudicium & lites ieiuna. Carnes
 non comedis: at fratrem tuum comedis. A vino abstines: & à contumeliis & maledictis
 non temperas. Vesperam expectas, ut cibum sumas: at diem in forensibus controuersis ab-
 sumis. Quid prodest corpore ieiunare, cum interim animam innumeris malis impleas?

Ho. 2. de Ieiun. Oleum athletam nitidum reddit: at ieiunium eum, qui pietatis studium proficitur, cor-
 roborat. Itaque quanto amplius carni subtraxeris, tãtò quoque magis efficies, ut anima spi-
 rituali sanitate niteat. Neque enim corporeis laboribus, sed animi tolerantia, atque in af-
 flictionibus patientia, de spiritualibus hostibus victoria comparatur. Porro cum ieiunium
 quouis tempore vtile ac frugiferum sit iis, qui illud amplectantur (neque enim demones
 impetum in ieiunantem facere audent: & custodes vitæ nostræ angeli studiosius cum **K**
 iis permanent, qui per ieiunium sese perpurgant.) tunc quoque multò magis, cum toto
 terrarum orbe ieiunium promulgatur.

Angeli per singulas Ecclesias, eorum, qui ieiunant, nomina describunt. Vide igitur ne
 ob exiguam ciborum voluptatem angelicæ descriptionis detrimento mulcteris, ac te ei, qui
 te militem conscripsit, desertæ aciei crimini obnoxium reddas.

Diues es? Ne ieiunio contumeliam inferas, ipsum nimirum mensæ socium adhibere re-
 cusans: nec à voluptate superatum eum dedecore atque infamia ex ædibus tuis eicias: ne
 alioqui apud eum, qui ieiunia lege sancit, te deserat, ac multis partibus maiorem tibi ex
 condemnatione penuriam inuehat, vel corporis morbo, vel alio quodam tristiore casu illa-
 mulieri- tam. Contra, pauper ne simulatorem agat circa ieiunium, ut qui iam pridem illud contu-
 berniale, ac vitæ degendæ socium habeat, Mulieribus autem, quemadmodum spiritum du-
 cere,

A cere, ita etiam ieiunare familiare est, ac natura consentaneum. Pueri porro, ut virides *liare esse*
plantæ, ieiunij aqua irrigentur. Nam senibus leuem laborem efficit *vetus ea familiaritas,*
quæ cum eo habuerunt. Labores enim diuturna consuetudine culti, minus molesti in exer- *ieiunium*
citatō incidunt. Iam verò Viatoribus expeditus comes est ieiunium. Quemadmodū enim *debet.*
luxus sarcinarios eos esse cogit, ut potè ea, quibus ad voluptatem fruuntur, comportantes: *simile.*
eodem modo contrà ieiunium leues eos & expeditos reddit.

Cum ieiunaturus es, ne Iudeorum more tristem te præbeas, sed ex Euangelij præscripto
animum lætum & hilarem præ te feras, non ventris inedia lugens, verum de spirituali-
bus epulis animo tuo gratulans. Non ignoras carnem aduersus spiritum concupiscere, atque *Gal. 5.*
item spiritum aduersus carnem. Quocirca cum hæc inter se aduersentur, carnis crassitiem

B subtrahamus, atque animæ robur augeamus: ut, per ieiunium parta de vitiosis affectioni-
bus victoria, continentia coronas referamus.

Cum ieiunas, caue tristis sis. Ob eam enim causam à cibus ieiunas, ut per spiritum fa-
mem pellas: ob eam causam à corporeis edulis abstines, ut spiritualibus ferculis implearis.
Ieiunium pharmacum est, delendi peccati vim habens, ac cataplasma animam emolliens,
atque ad pietatē deliniens. Quemadmodum enim inueterata corporis vitia, acerrimis qui- *simile.*
busdam maximèque astringentibus medicamentis in cataplasmatibus modum impositis, id
quod corrumpendi corporis vim habet, excutiunt, quod autem carnem cicatrice obducit,
colligunt: eodem quoque modo cum ieiunium, quod summa astringendi facultate præditum
est, in peccatum, quod intus delitescit, atque animam depascitur, subit, paulatim ipsum ex-
tenuat, ac tandem siccat. Quocirca quamuis durum & laboriosum sit ieiunium: est tamen

C vtile, aditumque facile habet. Ac proinde noli mæsto animo ieiunare: ne laboris tui ia-
cturam facias. Nam quò magis corpus tuum ieiunio astringitur, eò maiorem ex ieiunio v-
tilitatem capis. Instorum vias percurrere: atque eos magna ex parte, ieiunij opera, laudem
gloriàmque consecutos fuisse comperies. Primum Moses post ieiunium in caliginem ingre- *Exod. 24.*
sus est, ac ieiunij beneficio colloquium cum Deo habuit. Perducto ad quadraginta dies iei-
unio, ita demum Legislatores extitit: ac tot diebus nec manducauit nec bibit.

Cum ieiunatis, largitioni ac beneficentiæ studere. Nam qui ita ieiunat, ut interim ta-
men panem egenti non impertiat, huius vanum ac fructus expers ieiunium erit. Sanè com-
plures sunt, qui cum sacco & cinere, ac multis lachrimis ieiument, tamen ne vnum qui-
dem obolum esurienti tribuant: sicque nimirum mercede vacuum in ediam suam faciant,

D quippe quam Deus non admittat. Audi enim quid apud Esaiam dicat: Cum contorseris *Esa. 58.*
tanquam circulum collum tuum, & saccum ac cinerem tibi substraueris, ne sic quidem iei-
unium vocabitur. Verum dissolue colligationes impietatis. Frange esurienti panem tuum,
& egenos vagosque induc in domum tuam: dimitte eos, qui contracti sunt, liberos, & om-
ne onus dirumpe. Hoc demum ieiunium amat Dominus. Nam alioqui ieiunanti tibi nul-
lam ciliuam & cinis utilitatem allatura sunt. Pauperem satia: ut tibi bene dicat: atque
id muneris in animæ tuæ excessu ante faciem tuam reperies. Si lachrimas pauperis cernens,
misericordia non afficeris, quoniam tandem modo Deus misericordia erga te afficietur? Ve-
rum ieiunium istud est, cum te ieiunante pauperis fames facultatibus tuis leuatur. Multa
beneficia ex ieiunio percipimus, mentem pacatam, cogitationes tranquillas, pectus placi-
dum, caput dolore vacuum, pedes rectos. Tene hoc molestum habet, quod oculi tui inquinati

E ac sanguinei non sunt, quod lingua non balbutit, quod pedes rectè ambulant? Magna
res est ieiunium, atque ipsius opera multi res humanas excefferunt, ac cum angelis vitæ
consuetudinem habuerunt. Quid enim? An non Daniel leonum truculentiam per ieiunium *Dan. 6.*
in lenitatem cōuertit? Nam cum septem dies ieiunasset, leoninam feritatem in ouium man-
suetudinem immutauit. Septem enim diebus in lacu per inediam transmissis, ingentis ma-
gnitudinis leones, tanquam columbas, prospiciebat. Atque ipsius virtutem, quæso, intue-
re: quippe qui leones etiam ieiunare docuerit. In lacum vir sanctus coniectus fuerat, ut leo-
num prandium esset: at ipse prandens inuentus est, allato videlicet ipsi Domini iussu cibo
ab Habacuc: ac leones cum magna ac philosophica quadam quiete sedebant. O eximiam
ac singularem ieiunij vim! Leonum ora compressit, draconem perrupit, Belem euertit, Su-
fannam è periculo eripuit. Tres pueri ieiunantes, fornacem non secus ac lutum calcabant, *Dan. 3.*

D. IOANN. DAMASCENI

ac flammam, tanquam amoenissimum & roscidum hortum cernentes, incolumes ab igne permanferunt, regiasque minas velut aranea telam infregerunt. Per ieiunium magnus ille inter Prophetas Moses Legem suscepit. Nam cum quadraginta dies ieiunasset, Dei iracundiam aduersus populum conceptam sedauit. Triduo ieiunio perfuncti Ninuix urbem hominum numero abundantem conseruarunt. Ieiunium angelorum est imitatio. Ieiunium homines in caelum subuexit, ac cum angelis versari fecit, ipsisque hoc donauit, ut cum martyribus requiescant.

Hom. 1. de Ieiun. Non te ad ieiunium temulentia instituat. Neque enim per temulentiam ad ieiunium aditus est: quemadmodum nec per auaritiam ad iustitiam, nec per libidinem ad pudicitiam, nec, ut summam dicam, per vitium ad virtutem. Alia ad ieiunium est ianua. Ebrietas enim ad petulantiam ac libidinem aditum aperit: ad ieiunium autem, frugalitas. Qui certaturus est, prius se exercet: qui ieiunaturus est, prius continentia studet. Ne tanquam ieiunij dies vliscens, nec tanquam imposturam Legistori factururus, ante hos quinque dies crapulam recondas. Si quidem frustra laboras: ut qui corpus quidem conteras, media autem nihil solatij afferas. Insidum penu venter est: in pertusum dolium infundis.

Hom. 2. de Ieiun. Nemo mulierem honestam ac pudicam in matrimonium accepturus, pellices ante ac de ieiun. scorta in domum suam inducit. Neque enim legitima vxor cum corruptis & impudicis Ebrietatis habitare sustinet. Quocirca ne tu quoque imminente ieiunio ebrietatem prius introducas, il- de scriptio. ud, inquam, vulgare scortum, illam impudentia matrem, illam risus amantem, ac furiosam, atque ad omne obscenitatis genus procliuem. Neque enim inquam ieiunium atque oratio ad animam temulentiae labe conspurcatam introire queant.

Chryst. Ieiunium & oratio a morte liberant. Iustitia autem vtrumque horum antecellit. Ieiunium pauperem hominem copiosum ac locupletem reddere nouit. Non enim intemptuos sumptus facere permittit. frugalitatisque modum praeterire. Nouit etiam diuitem opum suarum prudentem administratorem efficere.

Non tam in ciborum, quam in peccatorum abstinentia positum est ieiunium.

Ieiunium amplexemur, quia pudicitiae parens est, ac philosophiae omnis fons.

Ieiunium orationi adiunctum, valentior eam reddit. Nunc magna mentis moderatio est: nunc experrectum est ingenium, atque anima res supernas circumspicit. Eoque nomine Scriptura orationem cum ieiunio copulauit. Nam tum iucundior ac probator est cithara concentus emittitur. Non enim immoderata vini copia madida sunt fides, sed contentus est animus, ac mens excitata. Sobria porro sit anima necesse est, ut ad Deum accedat, ac sola cum solo colloquatur.

De rebus nouis, ac raro inuentis.

CAP. III.

Iud. 3.



LAM AVERVNT ad Dominum filij Israël, qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aoth, qui vtraque manu pro dextra utebatur. Post hunc fuit Sangar, qui percussit de Philistinum sexcentos viros vomere, & ipse quoque defendit Israël.

Iud. 14.

Descendit Samson cum patre suo & matre in Thamnatha. Cumque venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis saeuus, & rugiens, & occurrit ei. Irruit autem spiritus Domini in Samson, & dilacerauit leonem, quasi haedum in frustra discerperet, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. Perrexit Samson, & cepit trecentas vulpes, caudasque earum iunxit ad caudas, & fasces ligauit in medio: quas igne succendens, dimisit, ut huc illucque discurrerent. Quae statim perrexerunt in segetes Philistinorum. Quibus succensis, & comportatae iam fruges, & adhuc stantes in stipula, concrematae sunt, in tantum, ut vineas quoque & oliueta flamma consumeret. Et dixit Samson: In maxilla asini deleui eos, & percussi mille viros. Sitiensque valde, clamauit ad Dominum, & ait, Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victoriam: & en sit morior, incidamque;

15.

A cidamque in manus incircunciforum. Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressa sunt ex eo aqua. Quibus haustis refocillauit spiritum, & vires recepit. Abiit quoque in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, ingressusque est ad eam. Quod cum audissent Philistiim, & percussisset apud eos intrasse urbem Samson, circumdederunt eum, positis in porta ciuitatis custodiis: & ibi tota nocte cum silentio prestolantes, ut facto mane exeuntem occiderent. Dormiuit autem Samson vsque ad medium noctis, & inde consurgens, apprehendit ambas portae fores cum postibus suis & fera, impositasque humeris suis portauit ad verticem montis, qui respicit Hebron. Habitatores Gabaa septingenti erant viri fortissimi, ita sinistra ut dextra praeliantes: & sic fundis lapides ad certum iacentes, ut capillum quoque possent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.

A sael cursor velocissimus fuit, quasi vnus de capreis, quae morantur in syluis. 2. Reg. 2.

Omnia in omnibus mixta sunt: atque in terra, & aquam, & aërem, & ignem inuenies. Adhuc ex saxis ignis prosilit: atque item è ferro, quod etiam ipsum à terra ortum trahit, copiosus ignis in affricu elucere solet. Id quod etiam admiratione dignum est, nempe qui fiat, ut ignis dum in corporibus est, innoxie delitescat, cum autem foras prodiit, ea quibus custoditur, absumat.

C Et pretiosus lapis, corallium, maris quidem herba sit, postquam autem in aërem eductum est, in lapideam rigiditatem migret? Quonam pacto ostrea, infimo ac vilissimo animanti, ingentis pretij gemmam natura imposuerit? (Nam quae regum thesauri concupiscunt, ea ad ripas & litora, rupesque asperas abiecta sunt, ostreorum corporibus inherencia.) Quonam pacto aureum vellus pinnae alant: quod nullus tinctor ad hunc vsque diem imitari potuit? Quonam pacto concha imperatoribus purpuram largiantur, quae pratorum etiam flores coloris elegantia superent?

Et fecit Deus cete magna. Non quia squilla & halece maiora, ideo magna dicta sunt: ibid. sed quia corporis magnitudine ac tumore summos montes adaequant: quippe quae insularum etiam plerumque speciem praebent, cum aliquando in summa aquae superficie natant. Quod

D si audias quemadmodum maximas naues, cum secundo vento passis velis feruntur, remora, exiguus pisciculus, ita facile sistit, ut eas per diu immobiles, non secus atque in ipso mari defixas, teneat, tum demum summi illius artificis vim admiraberis.

Simias aiunt, cum pepererint, prolem suam, non secus ac statuam quandam, defixis oculis intueri, atque ipsius pulchritudinem admirari. Tantus videlicet sobolis amor animalibus à natura insitus est.

De nouis & inusitatis suppliciis, tum à Deo, tum ab hominibus illatis.

C A P. I I I I.

E



BIMELECH urbem cepit, interfectis habitatoribus eius, ipsaque destructa, ita ut sal in ea dispergeret. Fugit Adonibezec, quem comprehenderunt, caelis summitatibus manuum eius ac pedum. Dixitque Adonibezec, Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus.

Percussit Rabba, & destruxit eam, manubias quoque urbis plurimas tulit. Populum autem, qui erat in ea, eduxit, & fecit super eos tribulos, & trahas, & ferrata carpenta transire: ita ut dillicarentur, & contererentur. Sic fecit Dauid cunctis urbibus filiorum Ammon.

Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciae in oculis eius. Sed & omnes prin-

D. IOANN. DAMASCENI

cipes Iuda occidit in Reblatha. Et oculos Sedeciae eruit, & vinxit eum compedibus, & adduxit eum in Babylonem: & posuit eum in domo carceris usque ad diem mortis eius.

De peregrinitate: & quod fiducia careat peregrinus.

CAP. V.

Gen. 19. **D**I X E R V N T viri Sodomae ad Loth: Ingressus es ut advena: nunquid ut iudices?

Pro. 27. Sicut avis transmigrans de nido suo: sic homo seruitute premitur, cum a loco suo peregrinatur.

Ecli. 34. Vir, qui peregrinatus est, & oberravit, cognouit multa. Et rursus: Qui oberravit, multiplicat fraudem. Multa vidi in oberratione mea: & maior est sermonibus meis intelligentia mea.

De iuramento: & quod perniciofa & praepostera iuramenta praestanda non sint.

CAP. VI.

1. Reg. 14. **D**I X I T Saul ad Ionatham, Indica mihi quid feceris. Et indicavit ei Ionathas, & ait, Gustans gustavi in summitate virgae, quae H erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior! Et ait Saul: Haec faciat mihi Deus, & haec addat, quia morte morieris Ionatha. Dixitque populus ad Saul, Ergone Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? Hoc nefas est. Liberavit ergo populus Ionatham, ut non moreretur.

Hier. 38. Et dixit rex Sedecias ad Hieremiam: Sollicitus sum propter Iudaeos, qui transfugerunt ad Chaldaeos: ne forte tradar in manus eorum, & illudat mihi. Respondit autem Ieremias, Non te tradent. Audi, quae so, vocem Domini, & bene erit tibi, & viuet anima tua.

Mat. 14. Die natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. Unde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcumque postulasset ab eo. At illa praemonita a matre sua, Da mihi hinc, inquit, in disco caput Ioannis Baptistae. Et dedit ei.

Scholium Damas. *Satius erat Herodi in iurandum interpositum violare, quam Prophetam caput amputare.*

De pupillis, & pauperibus, ac viduis.

CAP. VII.

Exod. 22. **V**I D V A E & pupillo non nocebitis. Si laeseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt uxores vestrae viduae, & filij vestri pupilli.

Iob. 29. Os viduae benedicebat me. Pupillo, cui non erat adiutor, opem ferebam.

Deut. 24. Non accipies loco pignoris viduae vestimentum.

Psal. 67. Pater orphanorum, & iudex viduarum.

Pro. 23. Agrum pupillorum ne introeas: qui enim liberat eos, fortis est: & ipse iudicabit contra te causam illorum.

Pro eo quod iniuriam inferebant paruulis, interficientur.

Zach. 7. Viduam, & pupillum, & advenam, & pauperem nolite opprimere.

Ecli. 4. Esto pupillis misericors ut pater, & pro viro matri illorum: & eris tu filius

A filius Altissimi. Non despiciet preces pupilli: nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lachrimæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? 35.

Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primùm domum suam regere, & mutuam vicem reddere parètibus. Hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem verè vidua est, & defolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus, & orationibus die ac nocte. Nam quæ in delitiis est, viuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. Adolescentiores viduas deuota. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem & otiosæ discunt circuire domos, non solum otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. 1. Tim. 5.

Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est: visitare viduas & pupillos in afflictione eorum. Iac. 1.

Turturem aiunt, à coniuge suo disunctam, non iam adduci posse, vt cum altero consuetudinem habeat: verum congressus venerei expertem manere: recordatione videlicet illius, quocum copulata fuerat, alterius societatem respuentem. Audiant scemina, quemadmodum etiam apud animantes, quæ ratione carent, viduitatis honestas multarum nuptiarum turpitudini præferatur. Basil. Ho. 8. in Hexam.

C Quòd terminos transgredi non oporteat.

CAP. VIII.

NON assumes & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua. Maledictus, qui transfert terminos proximi sui, & dicet omnis populus, Amen. Deut. 19. 27.
Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Prou. 22.

Sunt quedam in piscibus, quæ imitari conuenit: nempe quemadmodum singula ipsorum genera, aptam sibi regionem velut partitò consecuta, impetum inter se non faciunt, verum in suis quæque finibus morantur. Nullus geometra domicilia apud eos distinxit. Non mœnibus circumscribuntur, non limitibus distinguuntur: verum sponte, quod cuique accommodatum est, assignatur. Etenim hic sinus hæc piscium genera nutrit: ille alia. Et quæ hic magno numero sunt, aliis locis reperiri nequeunt. Nullus mons acuto vertice prominens eos dirimit: nullus fluuius transitum interscindit: verum lex quedam est natura, quæ iuste & æquabiliter, prout cuique vtile est, sedem omnibus attribuit. At apud nos longè aliter se res habet: quippè qui antiquos terminos immouemus, quos posuerunt patres nostri. Agros protendimus, domum domui coniungimus, vt proximo aliquid eripiamus. Norunt cete sedem sibi à natura assignatam: atque disunctum à regionibus habitabilibus mare occuparunt, quòdque insulis careat, nec vllam è regione continentem terram habeat. Hanc sedem E nacla cete, summis quibusque montibus, vt affirmant qui viderunt, magnitudine nequam inferiora, suis se finibus continent, nec aut insulis, aut maritimis regionibus, detrimenti quicquam afferunt. Ad hunc nimirum modum quodlibet genus, non secus atque vrbibus aut pagis quibusdam, aut antiquis patriis, in iis maris partibus, quæ sibi destinatæ sunt, commorantur. Basil. Ho. 7. in Hexam. Prou. 22. Esa. 5.

De via bona & mala: & quòd obliquas res ac vias vitare oporteat, ac per rectam proficisci.

CAP. IX.

INIQVI aliquid est in manu tua, procul illud fac à te. Sic lucebit facies tua sicut aqua pura. Qui obliuiscuntur viam iustæ, infirmati sunt inter homines. Iob. 11.

- Prou. 16.* Initium viae bonae, facere iustitiam: accepta est autem apud Deum magis quam immolare hostias. Vias, quae à dextris sunt, nouit Dominus: peruersae uero sunt, quae à sinistris sunt. Tribuli & laquei in uis obliquis: qui autem cupiditatem animam suam, abstinebit ab eis. Qui iuste ambulat, auxilium accipiet. Iustorum semita quasi lux splendens: procedit & crescit usque ad perfectum diem.
- 16.* Est uia quae uidetur homini recta: & nouissima eius ducunt ad mortem. Si ambularent per uias bonas, inuenirent uias iustorum planas. Semita uiae declinantibus à malis. Dirige semitam pedibus tuis: & omnes uiae tuae stabilientur. Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram.
- Hier. 6.* Haec dicit Dominus: State super uias, & uidete, & interrogate de semitis antiquis, quae sit uia bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus uestris.
- Ecl. 5.* Ne attrahatis exitum in operibus manuum uestrarum. Non uentiles ad omnem uentum: & non ambules in omni semita. Abscede ab iniquitate tua, & dirige manus: & ab omni peccato purifica manum tuam.
- 2. Pet. 2.* Maledictionis filij, dereliquentes uiam rectam errauerunt, secuti uiam Baalam.
- 1. Thess. 5.* Omnia probate: quod bonum est, tenete: ab omni specie mala abstinete.
- Incert. Ba filij esse plato.* Qui uinum fugiunt, non si semel atque iterum peccatum uitarint, propterea laudandi sunt: sed si uini gustum prorsus effugere queant. Etenim amplexandae uirtutis initium est secessio à uinis. Declina enim, inquit ille, à malo, & fac bonum: sapienter nimirum & artificiose, dum ad uirtutem nos inducit, recessum à malo initium boni efficiens.
- Nax. in Terrast.* Scintilla magnas parua flammam excitat: Ac uiperinum semen haud raro necat. Ob idque noxam, quamlibet paruam fuge. Nam parua primum sit licet, crescit tamen.
- Idem in Lamens. ad Christum.* O mens inanis, fons mali, ne proflue: Aut, lingua, saltem ne lutum foedum excipe. Si lingua, saltem ne malum manus gerat. Imago tibi sic nam manebit integra.
- Chrysof.* Laqueos agnoscamus: ac procul ab ipsis incedamus. Praecipitia agnoscamus: ac ne ad ea quoque propius accedamus. Hoc nobis summæ securitatis causa erit, si non modo peccata fugiamus: sed ea etiam, quae licet nec bona nec mala esse uideantur, tamen nos ad peccatum impellunt.
- Clement.* Discessus à malis, salutis est initium.

De fama bona aut mala.

C A P. X.

- Prou. 22.* **M**ELIUS est nomen bonum, quam diuitiarum multarum: super argentum & aurum gratia bona.
- Ecl. 7.* **M**ELIUS est nomen bonum, quam unguenta pretiosa.
- Ecl. 41.* **M**ELIUS est nomen bonum, quam mille thesauri pretiosi & magni. Gratia est sicut paradisus benedictionis. Bonae uitae numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in aeternum. Nomen malum ignominiam & probrum hereditabit. Homo illepidus importuna fabula.

De inani opinione & existimatione: quod praestet bonum esse, quam uideri. Hoc enim ad uirtutem impedimento esse.

C A P. XI.

Vidi

A



IN iustum pereuntem in iustificatione sua: & hoc ipsum *Ecdi. 7.*
est vanitas.

Si quis videtur sapiens esse apud vos in hoc seculo, stultus *1. Cor. 3.*
fiat, vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum, Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt. Nemo itaque gloriatur in hominibus.

Ne vnus aduersus alterum infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? *4.*

B

Si quis se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum *Gal. 6.*
probet vnusquisque: & sic in seipso gloriam habebit, & non in altero.

*Malim, cum recto studeam, vitiosus haberi,
Quam vitio indulgens, iusti clarescere fama,
Mendaxque ignarus mortalibus esse sepulcrum,
Quod licet interne sterentia corpora claudat,
Calce tamen nitet externa, gratoque colore.*

*Naz.
Carm. 10.*

*Famam nec omnem, nec nimis, queras velim,
Probum esse præstat, quam videri. Sin modum
Horres, inanis tu, nouam &, saltem fuge.*

In Tetrast

C

Leonem haberi simiam quid iuuerit?

Si tibi simiam in leonis speciem conformatam quispiam proponeret, an non te huius spectaculi puderet? Si verò graculus, auium omnium contemptissimus, oblectandi animi tui causa insolenter sese ostentaret, quid tandem tibi videretur? Coruus verò, qui se candido colore illeuerit, nonne multo maiorem risum mouebit?

Facile est sibi ipsi fucum facere, atque existimare se aliquid esse, cum nihil sit inani *In Apo-
log.*
videlicet opinione tumentem.

Opinio, vt ab antiquis dictum est, progressionis est euulsio. Nam qui inani opinione sibi blanditur, virtutis incrementum non sustinet.

Opinio natura impurum quiddam est.

D

De vino, & ipsius vsu.

CAP. XII.



IN VM lætificat cor hominis.

Psal. 103.

Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens. Date ficeram moerentibus, & vinum his *Pro. 20.
31.*
qui amaro sunt animo: bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.

Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes. In vino ne fortem te præbe: *Ecdi. 19.*
multos enim perdidit vinum. Vinum ad lætitiā, & non ad ebrietatem creatum est ab initio. Exultatio cordis, & lætitiā animæ vinum multum ebibitum.

E

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.

Ephes. 5.

Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere, propter stomachū tuum, *1. Tim. 5.*
& frequentes tuas infirmitates.

Vinum Dei donum est, ad imbecillitatis solatium temperantibus hominibus concessum. Basil.

Modus optimus adhibendi vini, est corporis necessitas.

Vt vinum corpus, ita sermo Dei animum roborat.

Euagr.

Assumpto vino molestiæ animi facessunt, non secus atque caligo à venti turbine, in fugam conuersa.

De oculis.

CAP. XIII.

X iij

Pro. 16. 4.

Ecli. 31.

14.

23.

Mat. 6.



CVLVS res pulchras videns latificat cor. Oculi tui recta videant: & palpebræ tuæ iustè annuant.

Nequius oculo quid creatum est? ideo ab omni facie sua lachrimabitur, cum viderit. Oculus malus admala: & non satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suam.

Domine pater, & Deus vitæ meæ, extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi. Caue, & memento quia mala res

est oculus peruersus.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si ergo oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.

G

De probriis: & quòd neminem probriis laceffere oporteat.

CAP. XIII.

Pro. 11.

Esa. 51.

54.



VERTE à te probrosos sermones.

Opprobrium hominum nō timueritis, & contemptum eorum ne timeatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. Ne timeas quia ignominia tibi illata est, & non erubescas quia probro affectus es: quia sempiternæ ignominia obliuisceris, & probri non recordaberis amplius.

Ne execreris hominem, nec in ipsius oculis probro eum afficias.

Qui conuitiatur amico, dissoluit amicitiam. Ne probriis infeceris hominem auertentem se à peccato. Memento quoniam omnes in correptione fumus.

8. Dedecus filiorum, mater sine honore. Ne irrideas hominē in amaritudine

29. animæ: est enim qui humiliat & exaltat circumspector Deus. Graua hæc homini habenti sensum, correptio domus, & improperium foenerantis.

Nax.

Vna demum securitas est, nempe nemini calamitates suas exprobrare. Communis enim fortuna est: ac quid futurum sit, perspicere non potest.

Irenæi.

Benedicentes semper ijs qui digni sunt, indignis autem nunquam maledicentes, ita demum nos quoque Dei gloriam & regnum consequemur.

Euagr.

Vituperare eum qui culpa caret, peccatum in Deum est.

Philonis.

Nemini calamitatem probri loco obijcias (Communis enim natura est) ne alioqui in ijsdem rebus deprehensus, tuamet conscientia iudicio condemnatus inueniaris.

Didym.

Nec laus bonum, nec vituperatio malum hominem efficit.

De ijs qui breui tempore viuunt.

CAP. XV.

Iob. 14.

Sap. 4.



BENEDICTVS muliere natus, breui viuens tempore.

Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius: aut ne fictio deciperet animam illius. Consummatus in breui, expleuit tempora multa. Placita enim erat Domino vita ipsius. Propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatis.

K

De iis qui lubenter iurant: & quòd à iuramento cauendum sit.

CAP. XVI.

Non

A **N**on assumes nomen Dei tui in vanum. Nec enim habebit in- *Exod. 20.*
fontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei
sui frustra. Non iurabitis in nomine meo rei iniquæ causa.
Ne iuraueritis, Viuit Dominus. *Osee. 4.*
Iurationi non assuescat os tuum: & nominatio Dei non sit
affidua in ore tuo. Sicut enim seruus excruciatu tota die à li- *Eccli. 23.*
uore non minuitur: sic omnis iurans, & nominans nomen Do-
mini, à peccato non purgabitur.

Dico vobis, non iurare omninò, neque per cœlum, quia thronus Dei est: ne- *Mat. 5.*
que per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolymam, quia
B ciuitas est magni regis. Neque per caput tuum iuraueris, quia non potes capillum
vnum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester, Est, est, non, non. Quod
autem his abundantius est, à malo est. Qui iurat in altari, iurat in eo, & in om- *23.*
nibus quæ super illud sunt: & quicumque iurauerit in templo, iurat in illo, & in
eo, qui in ipso habitat: & qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo, qui se-
det super eum.

Ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, *Iac. 5.*
neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo vester, Est, est, non, non,
vt non sub iudicio decidatis.

C *Iurare vtile non est, verum admodum perniciosum & execrabile atque abominandū. Nili-
quocirca deinceps finem iurandi fac, nec committe vt lingua tua iuramentis assuescat.*

De iis, qui iuramentum violant, ac peierant. CAP. XVII.

D **T** dixit ad me Dominus, Quid tu vides? Et dixi, Video *Zach. 5.*
falce[m] volantem. Longitudo eius viginti cubitorum, & la-
titud[o] eius decem cubitorum. Et dixit ad me: Ingredietur in
domū iurantis falsum in nomine meo: & delebit atque confici- *8.*
et eum. Hæc dicit Dominus: Iuramentum mendax ne
diligatis. Hæc enim omnia odi, dicit Dominus:
Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & *Mal. 5.*
adulteris, & periuris. Iniuste iurauerunt in dolo: contempserunt pietatem.

Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius pla- *Eccli. 23.*
ga. Loquela multum iurans, horripilationem capiti statuet: & pugna ipsius *27.*
obturatio aurium.

*Qui rem falsam interposito iureiurando confirmat, is malum inhumanitatis lucrum, Incertū
hoc est periurium, acquirit.*

E *Non ita pungit gladius, vt iuramentum: non ita interficit ensis, vt iuramenti vulnus. Chrysost.*
Qui iurauit, etiamsi vita frui videatur, iam tamen plagam excepit, atque interit. Quæ *Hom. 13.*
admodum enim qui restim accepit, prius etiam quàm ex vrbe egrediatur, & imminen- *ad p.*
tem carnificem videat, tamen simulatque è tribunalis ianua excessit, mortuus est: sic e- *Antioch.*
tiam qui iurauit. *simile.*

De fide ac pietate in Deum. CAP. XVIII.

R **E**didit Abraham Deo: & reputatum est ei in iustitiam. *Gen. 15.*
Ecce pietas est sapientia. Radices piorum in munitionibus.
Iustus ex fide viuet. *Abac. 2.*
Domine Deus Israël, à finibus terræ prodigia audiui[m]us. Spes est *Esai. 24.*
pio: & dicent, Væ his qui infirmitate laborant. Via piorum recta extitit & pa-
rata. Pij prudens consilium inierunt: & ipsum consilium manet.

D. IOANN. DAMASCENI

- Hier. 5.* Quærite an inueniatis virum facientem iudiciũ, & quærentem fidem: & propitius ero ei, dicit Dominus.
- Sap. 10. 15* Omnium potentissima est pietas. Non peccabimus, scientes quoniam apud te sumus computati. Nolle enim te, consummata iustitia est: & scire iustitiam & virtutem tuam, radix immortalitatis. Non enim in errorem induxit nos hominum maligna solertia.
- Ecli. 11.* Confide in Deo, & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis Dei subito ditare pauperem. Benedictio Dei in mercedem iusti festinat. Datio Dei permanet iustis. Crede Deo: & adiuuabit te. Narratio pij semper sapientia est. Cum viro pio perpetuam consuetudinem habe.
- Mat. 10.* Quisquis confessus fuerit me coram hominibus, cõfitebor & ego eum coram G
17. Patre meo qui in caelis est: Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, Transi hinc illuc: & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis, Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Respondens Iesus, dixit eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si H
21. monti huic dixeritis, Tolle, & iacta te in mare, fiet. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.
- Io. 1.* In propria venit: & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per eum. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Ego sum panis vitæ. Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet vnquam. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat Spiritus datus, quia nondum Iesus erat glorificatus. Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, faciet, & maiora horum faciet. Beati qui non viderunt, & crediderunt.
- Rem. 9.* Quid ergo dicemus? Quod Gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est. Israël verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis qui credit in eum, non confundetur.
- Gal. 2.* Scientes quod non iustificatur homo ex operibus Legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus Legis: propter quod ex operibus Legis non iustificabitur omnis caro. In Christo Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.
- Heb. 11.* Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. In hac enim testimonium consecuti sunt senes. Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit.
- 1. Tim. 4.* Exerce te ipsum ad pietatem. Corporalis enim exercitatio ad minimum utilis est:

A est: pietas autē ad omnia utilis est, promissionē habēs vitæ quæ nūc est, & futuræ.
 Gratia estis saluati per fidem (& hoc non ex vobis, Dñi enim donum est) non ex operibus, vt ne quis gloriatur.

Pietati operam da. Ipsa enim & in cælum te subuehet, & immortalē tibi apud ho- mines gloriā comparabit. *Basil.*

Honor ille, qui Deo vero habetur, proculdubio honorantis quoque est honor. Contra honor falso Deo habitus, ipsius quoque, qui honorat, ignominia est. *Greg. Thaum.*

Pietati supra omnia studendum est: eaque virtutum omnium mater dici debet. Omnium enim virtutum principium ac finis est.

B Crebrius Dei recordari, quam spiritum ducere oportet.
 Qui reijcit, reijciat: qui iniquē agit, iniquē agat. Super montem excelsum ascendemus, non vt conquiescamus, sed vt prædicemus. *Nat. Ex Esa. 21.*

Melius est honestum bellum pace à Deo disungente.

Novi ego homines peccatores, qui, imposita ægrotantibus manu, eos morbo liberarunt. Verum id duobus modis fit, hoc est non solum illius causa, per quem datur, sed etiam eius, qui accipit. Nam si is, qui accipit, fide careat, nec à iusto, nec à peccatore gratiam accipit. Qui enim recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. *Mat. 10. 23. 9.*
 rursum Dominus: Iuxta fidem vestram fiat vobis. Tu facito, vt ei, qui ad te in Domini nomine accedit, fidem habeas, nihil addubitans: & gratiam accipies. Deus enim est, qui operatur.

De profectu spirituali. CAP. XIX.



RATRES, ego nondum arbitror me comprehendisse. Num autem, quæ quidem retrò sunt, obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocatiōis, Dei, in Christo Iesu.

Sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans. Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne fortè cūm aliis prædicauerim, ipse reprobos efficiar.

Æmulamini charismata meliora. *1. Cor. 9. 12.*
 Quæ sursum sunt, querite, non quæ super terram. *Col. 3.*

Ne propterea glorieris, quòd malis præstantior esse videaris: sed eo potius nomine discrucieris, quòd à bonis supereris. *Nat.*

Noli parua lance virtutem ponderare.
 Qui sui curam rectè gerit, Deo quoque curæ est.

E De caducis & sempiternis rebus: & quòd grauiusimè peccent, qui præsentia futuris anteponant. CAP. XX.

REDO videre bona Domini in terra viuentium. *Psal. 26.*
 Super caput eorum laudatio, & exultatio, & lætitia: & fugiet dolor & gemitus. *Esa. 35.*

Intrate per angustam portā, quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam: arcta autem porta & angusta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. *Mat. 7.*

Tempus breue est: reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. *1. Cor. 7.*

Quod in præsentī leue est tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate *2. Cor. 4.*

D. IOANN. DAMASCENI

æternum pondus gloriæ operatur in nobis: non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna.

1. Cor. 15. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

Heb. 13. Non habemus hîc ciuitatem permanentem: sed futuram inquirimus.

Incerti. *Novos cælos, & nouam terram, & pollicitationes ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat.*

Basil. in psal. 1. *Duæ sunt viæ inter se pugnantés, altera lata & spatiosa, altera arcta & angusta: & duo duces, quorum. Vterque nos ad se conuertere conatur. Ac quidem plana & lata ac procliuius ducem fraudulentum ac perniciosum diabolum habet, per voluptatem, eos, qui se sequuntur, pertrahentem: aspera autem & accliuis, angelum bonum, per labores cum virtute coniunctos, eos, qui se sequuntur, ad beatum finem ducentem. Et quidem, tantisper dum quisque nostrum puerili ætate est, præsentés voluptates sequens, nullam omninò futuri curam gerit. At postquam virilem ætatem attingit, atque animi ipsius notiones numeros omnes suos impleuerunt, tum denique quodammodo videre sibi videtur vitam in virtutem ac vitium sese findentem. Atque identidem ad vtrumque mentis oculos flectens, composita inter se perpendit ea, quæ vtrique insunt. Siquidem peccatorum vita omnia huius eui-*

oblectamenta ob oculos ipsi proponit: iustorum autem vita, sola futuri seculi bona ipsi vtrunque ostendit. Ac vita quidem eorum, qui salutem consecuturi sunt, quantum præclara suis amapollicetur quæ futura sunt: tantum quoque laboriosa præbet præsentia: contrà iucunda & intemperans ac libidinosa vita, non in futurum expectandam, sed iam præsentem voluptatem offert. Aestuat igitur hîc omnis animus, ac cogitationibus vacillat. Nam cum æterna animo complectitur, virtutem capeffendam sibi proponit: cum autem in præsentia oculos conijcit, voluptatem potiore habet. Hîc carnis delicias cernit, illic carnis afflictionem: hîc temulentiam, illic ieiunium: hîc verberes lachrimas, illic petulantes risus. Beatus itaque est ille, qui voluptatum illecebris ad exitium minimè transuersus actus est, verum spem salutis per patientiam expectat.

Rerum humanarum nihil amplum atque admirandum esse censemus. Neque enim in fluxis ac prætereuntibus rebus bonum situm est: verum ad sempiternorum ac verorum bonorum participationem vocati sumus.

Magni pretij rebus ne res vilissimas & cõtemptissimas præferatis: nec mali negotiatorum res sitis, nimirum fluxam & caducam vitam immortalis ac beatæ vitæ antepones.

Ante faciem tuam vitam ac mortem posui, bonum ac malum, duas inter se contrarias naturas. Confer eas apud te. Accuratè perpende, vtiliusne tibi sit breuem ac temporariam voluptatè amplexari, ac per eam sempiterna morte mulctari, an ærumnâ eam, quam virtutis studium affert, amplecti, atque eius ope & adiumento sempiternam vitam adipisci.

optimum consilium. *Noli omnia voluptati dare: fac etiam quippiam animæ impertias. Sic existima, duas tibi filias esse, nempe huius vitæ voluptatem, & vitam cœlestem. Si animum inducere nequis, vt omnia præstantiori des, saltem intemperanti filia ac pudicæ portionem equam tribue. Noli hanc vitam immodicis opibus ornare, alteram autem nudam & pannosam, atque incomptam & deformem sponso exhibere: ne alioqui eam conspicatus, faciem auertat, eamque oderit, atque cum ipsa copulari recuset.*

Diu mundo viximus: iam nobis quoque viuamus. Quid animæ par? Quid cum cœlorum regno comparandum? Quis maiore autoritate consiliarius apud te est, quàm Deus? Quis sapiente illo prudentior? Quis bono illo conducibilior? Quis creatore coniunctior?

Vide ne, dum viâ ad salutem ferentis angustias fugis, peccati latitudinem sequaris. Time ne, cum ad extremum vsque vitæ diem per latam viam incesseris, consentaneum viæ hospitium inuenias.

In dict. illud, attende tibi ipsi. *Attende tibi ipsi, nec in perituris rebus tanquam in sempiternis pedem fige, nec sempiterna, tanquam fluxa contemne. Carnem aspernare: nam dilabitur. Animæ salutis, quæ immortalis est, stude. Ne carni animum adijcias, ò homo, nec huius commodis consulas:*

nec

A nec opes & gloriam, ac potentiam admireris, nec ea omnia, quæ tibi temporarium vsum ac ministerium expleant.

Si, quæ fluxa ac temporaria sunt, tam præclara sunt, qualia tandem æterna sunt? Et si cæli magnitudo mentis humanæ modulum excedit, sempiternarum rerum naturam quis tandem mortalium indagare poterit?

In ijs rebus, quæ aspectu sentiuntur, studium suum collocare, proprium est eorum, qui nullam futuri sæculi spem sibi ipsis proponunt.

B Cum ea, quæ ad corpus spectant, citra labores ab hominibus comparari nequeant, & panis & cibus labores ac sudores requirant, & naturæ necessitas segnitiam propelet, & egestatis flagrum sine vlla excusatione lutum ad laborem adigat, quis sempiternam vitam audiens, ad labores non excitetur? Quis non libenti animo cælestis regni causa sudores ferat? Quis non pro perenni voluptate dolorem contemnat, ac pro nihilo perædum iniuriæ minimè patent, perueniat? Labores enim vbiq; bona conciliant.

Falsæ sunt stultorum opiniones, falsæ malè sentientium existimationes, qui opibus, & libertati, ac potentiæ huiusce vitæ, beatitudinem attribuunt: illud nescientes, seruitutem quoque cernere licere, omni libertate sublimiorem, & imbecillitatem quauis potentia firmiorem, & paupertatem comperire omnibus diuitiis locupletiozem.

C De Dei prouidentia: & quòd Deus rebus humanis prospiciat.

C A P. X X I.



D I X I T Sion, Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Consolabitur Dominus ruinas Sion, & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini.

D Hæc dicit Dominus, Quod perierat, requiram: & quod abiectum erat, reduecam: & quod contractum fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, consolidabo: & quod pingue & forte, custodiam: & pascam illas in iudicio.

Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odians aliquid constituisti aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur? Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt, Domine, qui amas animas. Sanctus enim tuus spiritus est in omnibus. Pusillum & magnū ipse fecit, & æqualiter est ei cura de omnibus. Nauem cupiditas acquirendi excogitauit: & artifex sapientia fabricauit sua. Tua autem, Pater, prouidentia gubernat: quoniam dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam, ostendens quoniam potens es ex omnibus saluare, etiam si quis sine arte adeat mare. Sed vt non essent vacua sapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas, & transseantes mare per ratem liberati sunt.

Quicquid boni ex diuina potentia ad nos peruenit, gratiæ omnia efficientis operatio-nem esse dicimus.

Deo proprium reuera & congruens est, propitium se præbere, ac misereri, operibus que suis salutem afferre, etiam si ad interitus periculum ferantur. Apud eum enim, inquit Psal. 129. ille, est propitiatio.

Omnia quidem in vniuersum diuina prouidentia orta esse atque gubernari, vera pietate præditi sapientes tradunt. At si speciatim singula perspicias, eorum quæ sunt, alia habitu, alia natura, alia impetu & imaginatione, alia ratione, ac peculiari iudicio &

Voluntate agitata, Variam ac multiplicem Vniuersitatis gubernationem comprobant: **P** quippe cum rerum omnium author propriam cuique rerum generi ac distinctam quandam naturæ structuram attribuerit.

Quod in cognationibus sunt parentes erga liberos, hoc rex erga ciuitatem est, & Deus erga mundum.

Nescis homo, quidnam tibi conducatur. Itaque sepe numero noxia & periculosa petis. At ille, qui maiorem, quam tu, salutis tuæ curam gerit, non ad petitionem tuam animum attendit, sed ante petitionem id quod ex utilitate tua est, ubique circumspicit. Nam cum carnales patres petentibus filiis non omnia tribuant, non quod petentes contemnant, sed quod maiori eorum cura afficiantur, multò magis eodem modo se gerit Deus, ut qui & vehementius nos amet, & id quod nobis expediat, exploratius, quam vniuersi mortales, habeat. **G**

Didymi. Ille rerum omnium architectus, omnium eorum, quæ ratione vtuntur, arcana perspecta habens, rebus omnibus prospicit, ac non eorum duntaxat, quorum emendationem prænoscit.

Deus omnia pro sua bonitate fabricatus, rerum omnium curam gerit: non eorum, quibus prospicit, dignitatem intuens, sed suam ipsius misericordiam, ac bonorū largitionem.

De præpostera affectione & solitudine: & quòd nulla in re præpostere affici debeamus. **CAP. XXII.**

H

Cant. 5. **G**o dormio: & cor meum vigilat.

Mat. 6. **S**olicitudo præmaturam senectutem affert. Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis aut quid bibatis: neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plusquam vestimentum? Respicite volatilia cœli, quoniam non ferunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cœlestis pascit illa, &c.

1. Cor. 7. Tempus breue est. Reliquum est, ut qui habent vxores, tanquam non habentes sint, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui flent, tanquam non flentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. **I**

Nili. Perfecti animi est cura vacare: impij autem, curis obteri. Etenim de perfecto animo dictum est, Liliu[m] est in medio spinarum. Hoc autem curarum vacuitatem significat. De ijs autem, quos ingens rerum huius vitæ cura afficit, Scriptura dicit, Omnis vita impij in solitudine est.

Animo ab immodico affectu libero facultates suas quemque administrare oportet, atque oborto aliquo detrimento non stomachari & agrè ferre, atque acquirendi cupiditate flagrare. Siqui dem Dominus nos ab immodico possessionum amore, ac præpostero omni affectu abscedere iubet. **K**

De Prophetis, qui cedens admiserunt, ac Deo placuerunt. **CAP. XXIII.**

Exod. 32. **S**ETIT Moyses in porta castrorum, & ait, Si quis est Domini, iungatur mihi. Congregati que sunt ad eum omnes filij Leui: quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Israël, Ponat vir gladium super femur suum: ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. Feceruntque filij Leui iuxta sermonem Moysi, cecideruntque in die illa quasi viginti tria milia hominum.


Phinees,

A Phinees, filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingressus est post virum Israëlitam in lupanar, & perfo- *Num. 25.*
dit ambos simul, virum scilicet & mulierē in locis genitalibus. Cessauitque pla-
ga à filiis Israël, & occisi sunt viginti quatuor millia hominum. Dixitque Domi-
nus ad Moysen: Phinees, filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, auertit iram meam
à filiis Israël: quia zelo meo commotus est contra eos. Idcirco, ecce do ei pacem
foederis mei, & erit, tam ipsi quam semini eius, pactum sacerdotij sempiternum,
quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israël.

Dixit Samuel: Adducite ad me Agag regem Amalech: & oblatus est ei Agag *1. Reg. 15.*
pinguissimus, tremens. Et ait Samuel, Sicut fecit absque liberis matres gladius
B tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frustra concidit eum
Saul coram Domino.

Dixit Elias, Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex *2. Reg. 18.*
eis. Quos cum apprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, & interfecit
eos ibi.

De præscientia Dei: & quòd res occultas & incertas ipsi relinquere oporteat.
CAP. XXIIII.

C  VA E occulta sunt, Domino Deo nostro: quæ autem aperta *Deut.*
sunt, nobis & filiis nostris in seculum: ad faciendū omnia ver-
ba legis huius. Deus scientiarum Dominus, & Deus præ-
parans adinventiones.

Confilia spiritus vestri ego scio.

Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam ex- *Ezech. Hier. I.*
res de vulua, sanctificauit te, & prophetam in Gentibus dedi te.

Vidit Iesus Nathanaël venientem ad se, & dicit de eo, Ecce verus Israëlita, in *Io. 1.*
quo dolus non est. Dicit ei Nathanaël, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & di-
xit ei, Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, noui te. Respondit ei
Nathanaël, & ait, Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israël.

D *De Prophetis, qui reges liberè obiurgarunt.* CAP. XXV.

DIXIT Samuel ad Saul: Stultè egisti, nec custodisti mandata Domini *1. Reg. 13.*
Dei tui, quæ præcepit tibi. Nequaquam regnum tuum vltra con-
surget.

Vt audiuit Ahias sonitum pedum eius introëntis per ostium, ait, *3. Reg. 14.*
Ingredere vxor Ieroboam: ego missus sum ad te durus nuncius.

Dixit Achab ad Eliam, Tūc es ille qui conturbas Israël? Et ille ait, Non e- *18.*
go turbauit Israël, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini,
E & secuti estis Baalim.

Locutus est angelus Domini ad Eliam, dicens, Descende cum eo, ne timeas. *4. Reg. 1.*
Surrexit igitur, & descendit cum eo ad regem, & locutus est ei, Hæc dicit Do-
minus: Quia misisti nuncios ad consulendum Beel-zebub Deum Accaron, qua-
si non esset Deus in Israël, à quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo,
super quem ascendisti, nō descendes, sed morte morieris. Mortuus est igitur iux-
ta sermonem, quem locutus est Elias. Dixit Eliseus ad regem Israël, Quid mi- *3.*
hi & tibi est? Vade ad Prophetas patris tui, & matris tuæ. Et ait illi rex Israël,
Quare congregauit Dominus tres reges hos, vt traderet eos in manu Moab? Di-
xitque ad eum Eliseus, Viuit Dominus, exercituum, in cuius conspectu sto,
quòd si non vultum regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidem te, neque
respexissem.

De voluntate atque animi affectione: & quòd voluntatem in omnibus rebus
 expendat Deus. CAP. XXVI.

Rom. 8.



ILIGENTIBVS Deum omnia cooperatur in bonum his, qui
 secundum propositum vocati sunt sancti.

Mar. 12.

Sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo
 turba iactaret as in gazophylacium: & multi diuites iactabant
 multa. Cum venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta,
 quod est quadrans. Et conuocans Discipulos suos, ait illis,
 Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt
 in gazophylacium. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt: hæc ve-
 rò de penuria sua omnia quæ habuit misit, totum victum suum.

Mat. 5.

Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis,
 quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in
 corde suo.

Incerti.

Eos laudibus afficimus, qui animi inductione boni sunt, nõ qui necessitate quadam pro-
 hibiti, a malo abstinent. Vbi enim voluntas parata est, nihil est quod obstat. Ad sit ani-
 mi alacritas: & nihil erit, quod impedimentum asserat.

Basil.

Apud iustum iudicem, pro eo quoque, quòd qui spiam vel duntaxat proposuerit ea, quæ
 cum officio coniuncta sint, non contemnenda præmia constituta sunt.

Theotimi.

Corporis actiones a multis interrumpi possunt. Qui autem animi inductione peccat, eor-
 dem momento, quo cogitauit, perfectum peccatum habet.

Naz.

Pulcherrimum atque humanissimum hoc est, quòd Deus, non muneris pretio ac digni-
 tate, sed offerentis viribus, animique affectione, donum metitur.

Clement.

Non munus, sed voluntatem diuitem reputat Dominus, qui animam erudit.

Sexti.

Victima Deo est bona voluntas.

De virginitate & pudicitia, & honesto matrimonio.

CAP. XXVII.

Gen. 2.



IXIT Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea:
 hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quam obrem
 relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori
 suæ: & erunt duo in carne vna.

Iob. 31.

Si deceptum est cor meum super muliere: & si ad ostium amici mei
 insidiatus sum: scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij.

Pro. 5.

A Domino copulatur mulier viro. Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ:
 cerua charissima, & gratissimus hinnulus. Hubera eius inebrient te in omni tem-
 pore, in amore eius delectare iugiter.

Mal. 2.

Vxorem adolescentiæ tuæ ne derelinquas.

Sap. 3.

Felix est sterilis, & incoquinata, quæ nesciuit thorum in delicto: habebit fru-
 ctum in respectione animarum sanctarum. O quam pulchra est casta generatio
 cum claritate! Immortalis enim est memoria illius, quoniam & apud Deum nota
 est, & apud homines. Cum præsens est, imitantur illam, & desiderant eam cum
 se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoquinatorum certaminum
 præmium vincens.

Mat. 19.

Accesserunt ad eum Pharisei, tentantes eum, & dicentes: Si licet homini di-
 mittere vxorem suam quacunque ex causa? Qui respondens, ait eis, Non legi-
 stis, quia qui fecit ab initio, masculum & foeminam fecit eos? Propter hoc di-
 mittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne
 vna. Itaque iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo
 non

A non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyfes mandauit dare libellum repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyfes ad duritiã cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli eius, Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbum istud: sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sũt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipso castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.

B Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuunt. quod si dormierit vir 1. Cor. 7. eius, liberata est: cui vult, nubat: tantum in Domino.

C De quibus autem scripsistis mihi: Bonum est homini mulierem non tangere. *Ibid.* propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suam habeat, & vnaquæque suum virum. Vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiã vestram. Dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. Quod si non continent, nubant. Melius est enim nubere, quàm vri: Is autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere. Quod si discesserit, manere in nuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem suam non dimittat. De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori? Noli querere solutionem. Solutus es ab vxore? Noli querere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est vir, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta, & corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Hoc autè ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & facultatem præbet sine impedimento Dominum obsecrandi.

Qui vxorem suam diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. *Ephes. 5.*

Honorable connubium in omnibus, & thorus immaculatus. *Heb. 13.*

E Mentem oportet, non secus ac gubernatorem quendam, supra vitiosas affectiones insidentem, ac carnem velut nauem conscendentem, rationemque tanquam clauum periculi huc atque illuc obuertentem, fluctus generoso ac forti animo obterere: atque ita se comparare, vt sublimis manens, ac perturbationibus imperua, earum amarulentia, perinde ac maris falsugine, minime impleatur. *Basil. Ho. in princip. Prog.*

Vna tam viri, quam femina, virtus est: quandoquidem par quoque vtriusque procreatio. Ac proinde eadem quoque vtrique merces est constituta.

Quorum vna eademque natura est, eadem quoque sunt actiones. Quorum autem eadem est actio, horum etiam merces eadem.

Viri diligite vxores vestras, etiamsi ex longinquis regionibus ad matrimonij societatem coieritis. Date operam vt natura vinculum, & benedictionis iugum, ea copulent, quæ locorum interuallo inter se distincta sunt. Vipera, animal reptilium omnium atrocissimum, nuptiarum causa marina murena obuiam procedit, ac per sibilum significato aduentu suo, ex imo mari eam ad venereum complexum euocat. Hæc verò parer, ac cum ve-

nenato animante copulatur. Quorsum hac mea spectat oratio? Nempe, quamuis morosus, & que asperis & truculentis moribus præditus sit maritus, cum tamen uxori ferendum esse: nec ulla causa adduci debere, ut coniunctionem, qua sibi cum eo est, diuellat, Per uxor est? At maritus, Vino deditus? At natura tecum copulatus. Asper ac morosus? At membrum tuum, & quidem membrorum omnium præstantissimum. Audi iam maritus quoque congruentem sibi admonitionem. Vipera matrimonij reuerentia commota, Venenum euomit: tu verò coniunctionis reuerentia non adducis, ut animi scuitiam ac truculentiam excuti as?

Hom. de ^{Legend.} <sup>libr. Gen-
til.</sup> ^{Mat. 5.} Nec verò illud Alexandri præterierim, qui cum Darij filias, quæ eximia quadam forma pulchritudine esse prædicabantur, captiuas teneret, eas ne videre quidem voluit, turpe esse iudicans, eum, qui viros superasset, à mulieribus vinci. Hoc enim eodem, quò illud Evangelicum dictum tendit, si quis libidinoso affectu mulierem conspexerit, etiamsi adulterium re ipsa non impleuerit, tamen, quò cupiditatem animo admisserit, crimine minime liberabitur.

Ignat. Virginitatis iugum nemini impone. Periculosa enim res est, quàmque seruare difficile sit, cum coactu ac necessitate sit.

Iuuenibus uxorem ducere permittit, priusquam cum scortis corrumpantur.

Na. Virgo, sis oculis Virgo, sis auribus atque

Carm. Lingua. nam tribus his facile est decedere recto.

Præcept. Beatos hos prædicat Dominus, non qui prorsus à perturbationibus remoti viuunt (neque enim fieri potest, ut in corporea vita spirituales prorsus atque omnibus perturbationibus vacua vitæ præstemus) sed qui ad naturales impetus tardi ac torpidi sunt. Neque enim hanc humana natura legem sancit, ut turbidis animi motibus omnino vacet: sed nobis exigitur, ut interdum existat, imbecillitas, qua plerumque natura adnexa est, etiam præter voluntatem nostram efficit. At ne torrentis in modum à perturbationis impetu præcipientes feramur, Verum aduersus talem affectionem magno animo consistamus, ac turbidum motum ratione propulsemus, id verò munus est, in quo virtuti elaborandum est. Beati igitur sunt illi, qui ad turbulenta animi concitationes minime proclines sunt, sed animo compositi: & in quibus ratio, fræni cuiusdam instar, impetus reprimens, animam temerè efferrè non sinit.

Chryso. Matrimonium libidinis est Venia.

Methodij. Nihil tam indignum est Virgine, quàm opibus studere, ac negotiorum multitudine obuolui.

Ridiculum est organa quidem ea, quæ liberorum procreationi destinata sunt, casta conseruare, linguam autem minime conseruare: aut linguam quidem virginem custodire, oculos autem, vel aures, aut manus non custodire, Verum fastu atque iracundia scortari. Operæ pretium est enim omnia membra, ac sensuum organa pura & consignata seruare.

Theotimi. Quod coactum ac violentum est, molestiam confestim affert: quod autem liberum est, fastidium non admittit, verum gratia & desiderio semper floret.

Clement. Virginitatis labes ac corruptio non modo fornicatio dicitur, sed etiam præmatura elocatio: nimirum cum ante nubilem ætatem viro in matrimonium collocantur, siue à seipsis, siue à parentibus.

Didymi. Diuturno studio & meditatione, concitatorum animi motuum vis ac feritas debilitantur. Nec perturbationum aurigæ, simulatque eas semel subegerit, statim tranquilla omnia sunt. Semper enim, quandiu homo in vita versatur, hoc bellum durat.

De fornicatione, & adulterio, ac præpostera venere.

CAP. XXXVIII.

Si moechatus

A **S** I MŒCHATUS quis fuerit cum vxore alterius, morte moriantur, & mœchus, & adultera: Qui dormierit cum masculino coitu foemineo, vterque operatus est nefas: morte moriantur: sit sanguis eorum super eos. Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo. Qui supra vxorem filiam, duxerit matrem eius, scelus operatus est: viuus ardebit cum eis. *Leu. 20.*

Non egredietur spurius in Ecclesiam Dei.

Si inuentus fuerit homo dormiens cum vxore matrimonio cum viro coniuncta, vtrumque interficietis, & tolletis malum de Israël.

B Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, & reuelat operimentum lectuli eius, & dicit omnis populus, Amen. Si duxerit vir vxorem, & postea odio habuerit eam, quæ fueritque occasiones, quibus dimittat eam, obiciens ei nomen pessimum, & dixerit, Vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam, non inueni virginem: tollent eam pater & mater eius, & ferent secum signa virginittatis ad seniores vr- *Deut. 27.*
bis, qui in porta iunt: & dicit pater, Filiam meam dedi huic vxorem: quam quia odit, imponit ei nomen pessimum, vt dicat, Non inueni filiam tuam virginem: & ecce sunt signa virginittatis filia meæ. Expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis: apprehendentque senes vr- *22.*
bis illius virum, & verberabunt illum, condemnantes in super centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israël, habebitque eam vxorem, &

C non poterit eam dimittere omnibus diebus vitæ suæ. Quod si verum est quod obicit, & non est in puella inuenta virginittas, eiicient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur, quoniam fecit nefas in Israël. Si puellam virginem desponderit vir, & inuenit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea, educes vtrumque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit, cum esset in ciuitate: vir, quia humili-
auit vxorem proximi sui. Sin autem in agro repererit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus: puella nihil patitur, nec est rea mortis: quoniam sicut latro confurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius, ita & puella perpeffa est. sola erat in agro: clamauit, & nullus affuit qui liberaret eam.

D Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Non me videbit oculus: & operiet vultum suum. Excandescencia iracundiæ coerceri non potest, cum quis viri vxorem contaminauit: ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Non sunt pura vota de mercede meretricis. *Iob. 24.*
31.

Non concupiscas pulchritudinem mulieris: nec capiaris oculis tuis. Ne abripiaris à meretricis palpebris. Qui adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam, turpitudinem & ignominiam congregat sibi: & opprobrium illius non delebitur. Quia zelus & furor viri non parcat in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Ne frequens sis cum aliena: nec mulieris non tuæ complexu tenearis. *Pro. 6.*

E Qui nutrit scorta, perdet substantiam. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant: aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam. Ab aliena aqua abstine, & de fonte alieno ne bibas: vt multo viuas tempore, & adiciantur tibi anni vitæ. *9.*
6.

Filij adulterorum imperfecti erunt: & à thoro iniquo semen exterminabitur. *Sap. 3.*

Multigena impiorum multitudo non erit utilis, & adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Ex iniquis omnes filij qui nascuntur, testes sunt nequitia: aduersus parètes in interrogatione sua. *4.*

Anima calida, quasi ignis ardens: non extinguetur, donec aliquid glutiat: & homo nequam in ore carnis suæ non desinet, donec incendat ignem. *Eccli. 23.*
36.

23. est sepes, diripietur possessio: & ubi non est mulier, ingemiscit egens. Homini fornicario omnis panis dulcis: non fatigabitur transgrediens usque in finem. Omnis homo, qui transgreditur lectum suum, dicens, Quis me videt? tenebrę circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me: quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altissimus. Et non intelligit quoniam omnia videt oculus illius, quoniam expellit a se timorem Dei huiusmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum: & nos cognouit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes. Hic in plateis ciuitatis vindicabitur: & ubi non sperauit, apprehendetur.

Naum. 3. Infirmabuntur in corporibus suis propter multitudinem fornicationum.

Hier. 5. Super quo propitius tibi esse potero? Filij tui dereliquerunt me, & iurant in his, qui non sunt dii. Saturauit eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores, & emissarij facti sunt: vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non vliscetur anima mea?

Mat. 5. Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia quicumque aspexerit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo.

1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt: & ceciderunt vna die viginti tria millia.

Col. 3. Mortificate membra vestra, quę sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quę est simulacrorum seruitus.

Heb. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus.

Basil. Mihi tua causa, o homo, collachrimare in mentem subit, cum illud cogito, te ignominiosa opera magnę Dei glorię anteferre, ac propter libidinis voluptatem a peccato diuelli non posse.

In exhort. ad Baptis. Voluptas, diaboli hamus est, ad exitium trahens. Voluptas peccati mater est. Voluptas sempiterni vermis nutritrix: quę eum, qui se fruitur, ad aliquod tempus delimit: post autem felle amarius digeritur.

Flagitiosa cupiditates animum velut æstro quodam concitantes, eum ad intemperantes & libidinosos impetus coniciunt.

Hom. in dictum il. ludo, Attende tibi ipsi. Si tibi ipsi animum adieceris, atque illud meminervis, fore, vt præsens voluptas amarum lento tandem exitu concludatur, atque illa titillatio, quę nunc ex voluptate in corpore nostro nascitur, pestiferum vermem immortalem cruciatum in inferno afferentem gignat, & carnis ardor sempiterni ignis pater sit, statim fugatę voluptates se proripient, atque miram quędam tranquillitas & quies intus in animo existet, non secus videlicet atque petulantium ancillarum tumultu ad pudicę cuiusdam dominę aduentum compresso.

Hom. 7. in Hexa. Adulterium natura simile. Adulterium quoddam natura est, viperę ac marinę murenę complexus. Discant ignorantur, qui alienis matrimoniis insidias struunt, cuiusmodi reptili similes sint. Compriment libidinem suam homines impudici, tum terrestribus, tum marinis documentis eruditi.

Nonnullos noui, qui cum in iuuenili etate ad libidinem prolapsi essent, ad ipsam usque canitiam, mali consuetudine deliniti, in peccato perstiterunt. Et quemadmodum qui in cœno voluntantur, sibi ipsis semper lutum adiciunt: eodem modo hi quoque natam ex voluptate turpitudinem quoti die contrahunt.

Fornicationis spiritus ignominie labem in vno duntaxat desigere non sustinet: verum statim æquales assumuntur, comessationes, & pocula, & fœdę narrationes, scortum vna bibens,

A bibens, atque huic arridens, nullum extimulans, & omnes ad peccatum suum inflammans: Voluptas, ingens vitij illecebra est: per quam potissimum in peccatum facile labimur: à qua omnis anima, tanquam ab hamo, ad mortem trahitur. Nam qui se ab ea per continentiam minime abstrahit, nullum sceleris genus est, quod non perpetret.

Meretricis horret purus ille premium.

Ad malorum excogitationem mirè solers est impudicitia.

Omnis profectò vitij tanquam esca quadam voluptas obiecta, ad exitij hamum avidiores animas facile pertrahit.

Nax. in
Tetraß.

B Frater quissimam à libidinis affectu oppugnatus est. Contigit autem ut per oppidum quoddam Aegypti transiret. Cùmque sacerdotis cuiusdam idolorum filiam perspexisset, ipsius amore captus est, atque à patre petiit, ut eam sibi in matrimonium daret. Ille autem se eam ipsi dare posse negavit, quin priùs de ea re Deum suum consulisset. Itaque ad dæmonem suum profectus, dixit ei: En monachus quidam ad me venit, filiam meam in matrimonium poscens. Eamne illi dabo? Et respondens dæmon, dixit: Per me id tibi licet: hac tamen lege, ut Deum suum, & Baptismum, ac monasticam professionem abiuret. Reversus igitur sacerdos dixit monacho: Deum tuum abiura, & Baptismum, ac monasticam professionem. Assensit illerac protinus columbam ex ipsius ore excedentem, atque in cælum conuolantem vidit. Adit itaque ad dæmonem sacerdos, ac dixit, Ecce tria hæc assensit. Et respondens diabolus, dixit ei: Ne des ipsi filiam tuam uxorem. Deus enim ipsius ab eo non absecessit, verùm adhuc ipsi opitulatur. Quocirca reversus monacho dixit: Filiam meam tibi dare nequeo. Adhuc enim Deus tuus tibi opem fert, nec à te absecessit.

Ex semi-
bus.

C Corporea fugere bonum est. Nam cùm homo corporeo bello vicinus est, ei similis est, qui supra altissimum lacum ambulat: ob idque hostis eum; quacunque hora ipsi visum fuerit, nullo negotio ad ima deturbare potest. At si à corporeis rebus procul se remoueat, ei ab similibus non est, qui à lacu abest: ut tantisper dum hostis eum trahit, ac deorsum præcipitem agere molitur, Deus subsidium ipsi mittat.

Ne dicas, Qui possum non scortari? Ego enim dico, Qui potes scortari? Cupiditas, inquis, me inflammat. At uxorem habes. Habes periculi expertem voluptatem. At me cohibere nequeo. Ignavia hæc verba sunt. Nam cùm tibi in medium aliquem protulero, qui, cùm uxore careat, castitatem tamen colat, quid tandem purgandi tui causa afferre queas? Ille in mari naufragium non pertulit: & tu in portu corruis. Habes uxorem, & scortaris, imò adulterium admittis? Et qua tandem ratione hoc vulnere superior euadam, inquis? Fruere uxore tua. Valde sanè fruare uxore meâ. Animaduerte quid beatus Paulus dicat, Propter

Chryß.

D fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat: & unaquæque suum virum habeat. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: quemadmodum rursus ne vir quidem sui, sed mulier. Quocirca si scortum te vocet, animo complectere hoc verbum, ac dic, Vir corporis sui potestatem non habet, sed mulier: atque hoc verbum in fronte tua inscribe, scortumque ita alloquere: Quid me vocas? Corpus meum non est, verùm uxoris meæ. Quod alterius est, prodero non sustineo. Dotem ipsius imminuere non audes, nec ipsius facultates consumere: & ipsius corpus conspurcare non dubitas? Dic, Cæue ad hoc accedas. Non enim

I. Cor. 7

E meum est, sed alienum. Num enim meretricis corpus est? Equidem meretricis corpus minime suscipio. Hoc uxoris meæ corpus est. Christum time, ac dic: Corpus hoc, Christi membrum est. Siquidem corpora nostra Christi membra sunt. Partem hanc mulieres quoque audiunt, metuque afficiantur, ac secum reputent, quoniam Christus eam subuexerit: dicantque; Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Cogita Pauli sapientiam, qui dñamque sit, quod dicat. Nam quia plerique continentiam colere nequeunt, habet autem honestas & pudicas uxores, quæ præter eorum voluntatem continentia studeant, atque earum philosophia maritis in adulterium prouedi ansa efficitur, ob eam causam ait, Unusquisque uxore sua fruatur. Neque pudore commouetur: verùm ingreditur, & in lecto noctu atque interdium considerat, ac virum & uxorem tenens, ita eos copulat, altaque voce clamat, Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu. A congressu venereo abstines, nec cum marito tuo dormire vis. Ille autem, quia tui copiam ipsi negas, abit iam, ac scelus perpetrat? Illius scelus continentia tua ascribetur. Vtrum tandem præstat? cùmne tecum somno frui, an cum me-

retrice? Ne te fruatur, non ipsi interdictum est: ne autem illa, lege diuina prohibetur. Si te dormierit, nihil criminis est: si autem cum illa, membris tuis exitium attulisti. Sedet igitur, ut a me dictum est, Paulus in Viri & vxoris cubili, & clamat, Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus. Videsne te hac de causa vxorem accepisse, & illam item virum, ut pudicitiam coleretur? Studes te à libidine continere: adduc maritum, ut ipse quoque continentia studeat: quò duplex corona sit, altera nimirum castitatis, altera concordie, non autem castitatis & belli. Nam si tu à libidine te contineas, ille autem libidinis aestu inflammetur, audiat porrò clamàtem Paulum, Ne scorteris, statim tumultuatur, ac tanquam fluctibus quibusdam agitur. Nolite ergo fraudare inuicem, nisi forte ex con-

Quantum sensu. Etenim vbi pax est, illic etiam bona omnia sunt. Vbi pax est, pudicitia quoque lucet, *pacis bo-* Vbi concordia, continentia corona donatur. Contrà, vbi bellum est, pudicitia quoque ab- *num sit.* scinditur. Paulus, orbis terrarum velut pronubus, his verbis vti non erubescit, Honorabile *Heb. 13.* connubium, & thorus immaculatus. Siquidem ipsius Dominus nuptiis interfuit, ut matrimo- nium presentia sua coornaret: ac dona etiam obtulit. Nam aquam in vinum commuta- uit. Curre quantum poteris: cum autem te vires defecerint, concubitus medicamentum cape. Ne tentet vos Satanas. Vnusquisque igitur vxorem suam habeat. Tria enim hæc sunt, Virginitas, matrimonium, fornicatio. Virginitas superiorem locum tenet: nuptia medium: fornicatio inferum. Virginitas coronam habet: matrimonium laudem mediocrem: fornicatio pœnam & cruciatum. Proinde illud vide, an continentiam colere, ac corporis imbecil- litatem sustinere queas: nec induc in animum, altiùs quàm modus postulet, ascendere, ne *Simile.* præter modum descendas. Quemadmodum igitur vrinator hucusque dumtaxat ingreditur, H *Unde* excedere potest, & cum in aquam ingreditur, quantum excedere queat, cogitat: eod- em modo tu quoque tantum continentie pudicitieque suscipe, quantum perferre potes: ne, dum immoderatiùs eniteris, à pudicitia prorsus excidas.

Mulieris Maximus laqueus mulieris pulchritudo: imò non pulchritudo ipsa, verùm impudicus *Aspectus.* *pulchri-* *tudo ma-* *ximus la-* *queus.* *Voluptas* *eani simi-* *lis.* *Nili.* *Malorum* *metropolis* *est* *Voluptas.* *Fornicationis* *tres* *summas* *differentias* *de* *Apostoli* *sententia* *iam* *sæpè* *attulimus,* *nirum* *libidine,* *auaritiâ,* *&* *idolorum* *cultum.* *Idem* *diabolus* *seu* *etiam* *ac* *crude-* *lem* *amorem* *suadet.* *Idem* *ipse,* *postquam* *ad* *perpetrandum* *adulterium* *quempiam* *impu-* *lerit,* *nonnunquam* *intolerandum* *quoddam* *odium* *ciet,* *non* *quidem* *eiusmodi,* *quod* *ad* *bo-* *nam* *pœnitentiâ,* *sed* *quod* *ad* *immanem* *cædem* *ducat.* *Vnde* *nonnulli* *post* *commissum* *a-* *dulterium,* *ei* *sæpenumerò,* *cum* *qua* *rem* *habuerunt,* *gladio* *vitam* *ademerunt.* *Non* *omnibus* *demonibus* *eadem* *studia,* *aut* *eadem* *perniciosa* *munera* *à* *diabolo* *impe-* *rantur.* *Alij* *enim* *aliud* *execrandum* *ac* *Deo* *inuisum* *ministerium* *mandatur.* *Quidam* *etenim* *impias* *cogitationes* *in* *hominum* *pæctoribus* *in* *sculpunt.* *Nonnulli* *autem* *scædas* *&* *obscœnas* *cupiditates* *animæ* *suadent.* *Atque* *alij* *quidem* *ad* *inanem* *gloriam,* *&* *inuidiâ,* *&* *iracundiâ,* *cæteraque* *id* *genus* *animum* *extimulare* *consueverunt.* *Alij* *autem* *heret-* *icis* *disputandi* *materiam* *subministrant.* *Alij* *denu* *voracitati* *ac* *temulentie* *&* *libi-* *dini* *operam* *impendunt.* *Ac* *rursus,* *alij* *quidem* *dæmones* *per* *insomnia* *imposturâ* *faciunt,* *atque* *homines* *ludificantur.* *Alij* *autem* *hominum* *corporibus* *voluptates* *iniiciunt,* *atque,* *ut* *membra* *omnia* *nefaria* *libidine* *aestuent* *ac* *perturbentur,* *efficiunt,* *nebulisque* *&* *cali-* *gine* *sensus* *implent.* *Atque* *item* *alii* *incantatoribus* *&* *veneficis* *atque* *inuocatoribus* *ope-* *ram* *nauant,* *auxiliùmque* *afferunt.* *Alii* *rursus* *vatibus* *magis* *delectantur,* *ad* *eosque* *ac-* *currunt,* *atque* *in* *â* *versantur.* *Denique,* *ut* *summatim* *dicam,* *vnæque* *dæmonum* *claf-* *sis* *peculiaris* *quædam* *ministra,* *&* *animæ* *perniciosa* *negotia* *naçta* *est.* *Subministratio* *mala* *affectibus* *est* *fortunarum* *conspicua,* *ac* *frequens* *congressus.* *Facile* *ille* *fornicationis* *aquis* *demergitur,* *qui* *formas* *pulchritudine* *præstantes* *mi-* *nime*

Maximus *laqueus* *mulieris* *pulchritudo:* *imò* *non* *pulchritudo* *ipsa,* *verùm* *impudicus* *Aspectus.* *Neque* *enim* *res* *duntaxat* *criminemur:* *sed* *non* *potiùs,* *nostramque* *foecordiam.* *Nec* *dicamus,* *Non* *sint* *mulieres:* *sed,* *Non* *sint* *adulteri.*

Anima *libidini* *dedita* *nihil* *foetidius.* *Cani* *similis* *est* *Voluptas,* *ò* *homo:* *si* *eam* *propel-* *las,* *fugit:* *si* *alas,* *remanet.*

Fuge *oblectationem* *propter* *afflictionem.* *Cave* *ne* *diabolus* *membris* *tuis* *tanquam* *telis* *aduersum* *te* *utatur.*

Malorum *metropolis* *est* *Voluptas.* *Fornicationis* *tres* *summas* *differentias* *de* *Apostoli* *sententia* *iam* *sæpè* *attulimus,* *nirum* *libidine,* *auaritiâ,* *&* *idolorum* *cultum.* *Idem* *diabolus* *seu* *etiam* *ac* *crude-* *lem* *amorem* *suadet.* *Idem* *ipse,* *postquam* *ad* *perpetrandum* *adulterium* *quempiam* *impu-* *lerit,* *nonnunquam* *intolerandum* *quoddam* *odium* *ciet,* *non* *quidem* *eiusmodi,* *quod* *ad* *bo-* *nam* *pœnitentiâ,* *sed* *quod* *ad* *immanem* *cædem* *ducat.* *Vnde* *nonnulli* *post* *commissum* *a-* *dulterium,* *ei* *sæpenumerò,* *cum* *qua* *rem* *habuerunt,* *gladio* *vitam* *ademerunt.*

Non *omnibus* *demonibus* *eadem* *studia,* *aut* *eadem* *perniciosa* *munera* *à* *diabolo* *impe-* *rantur.* *Alij* *enim* *aliud* *execrandum* *ac* *Deo* *inuisum* *ministerium* *mandatur.* *Quidam* *etenim* *impias* *cogitationes* *in* *hominum* *pæctoribus* *in* *sculpunt.* *Nonnulli* *autem* *scædas* *&* *obscœnas* *cupiditates* *animæ* *suadent.* *Atque* *alij* *quidem* *ad* *inanem* *gloriam,* *&* *inuidiâ,* *&* *iracundiâ,* *cæteraque* *id* *genus* *animum* *extimulare* *consueverunt.* *Alij* *autem* *heret-* *icis* *disputandi* *materiam* *subministrant.* *Alij* *denu* *voracitati* *ac* *temulentie* *&* *libi-* *dini* *operam* *impendunt.* *Ac* *rursus,* *alij* *quidem* *dæmones* *per* *insomnia* *imposturâ* *faciunt,* *atque* *homines* *ludificantur.* *Alij* *autem* *hominum* *corporibus* *voluptates* *iniiciunt,* *atque,* *ut* *membra* *omnia* *nefaria* *libidine* *aestuent* *ac* *perturbentur,* *efficiunt,* *nebulisque* *&* *cali-* *gine* *sensus* *implent.* *Atque* *item* *alii* *incantatoribus* *&* *veneficis* *atque* *inuocatoribus* *ope-* *ram* *nauant,* *auxiliùmque* *afferunt.* *Alii* *rursus* *vatibus* *magis* *delectantur,* *ad* *eosque* *ac-* *currunt,* *atque* *in* *â* *versantur.* *Denique,* *ut* *summatim* *dicam,* *vnæque* *dæmonum* *claf-* *sis* *peculiaris* *quædam* *ministra,* *&* *animæ* *perniciosa* *negotia* *naçta* *est.*

Subministratio *mala* *affectibus* *est* *fortunarum* *conspicua,* *ac* *frequens* *congressus.* *Facile* *ille* *fornicationis* *aquis* *demergitur,* *qui* *formas* *pulchritudine* *præstantes* *mi-* *nime*

A *nimè fugit: sed lubenter eas intuetur.*

De experientia, & imperitia.

CAP. XXIX.



T INDVIT Saul Dauid vestimentis suis, & imposuit galeam aream super caput eius, & vestiuit eum lorica. Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suam, cœpit tentare si armatus posset incedere: non enim habebat consuetudinem. Dixitque Dauid ad Saul: Non possum sic incedere, quia non habeo vsu[m]. 1. Reg. 17.

B In multo tempore sapientia est: & in longa vita scientia. Iob. 12.
Non longæui sapientes sunt: nec senès sciunt iudicium. Si quis multarum rerum experientiam desiderat, nouit antiqua & futura coniectare. 32.

Gloria senum, multarum rerum experientia est: da operam ne te vel magnum vel paruum quid fugiat. Qui multarum rerum experientiam collegit, enarrabit prudentiam: qui autem vsu atque experientia caret, pauca nouit. Homo, qui multarum rerum experientiam consecutus est, non confundetur à facie. Vir, qui peregrinatus est, nouit multa: qui oberrauit, abundat dolis. Multa vidi inerrando: & prudentia mea sermones meos superat. Eccli. 34.

C Qui artem didicit, ac per longum vsu[m] & studium firmam eam, ipsiusque habitum altis radicibus defixum habet, potest iam iuxta artis rationes in animo suo insitas per se operari. Basil.

Sensus quouis sermone efficacior est ad colligendum experimentum.

Quod qui spiam minimè passus est, id de altero non facile crediderit. Qui autem id ipse sensit, ad assentiendum est paratior. Nat.

Experientia prudentia mater est. Ea cuiuslibet magistri instar est.

Quemadmodum qui cithara canere non didicerunt, citharam attingere non debent, nec qui tibiis ludere nesciunt, tibiis capeffere: eodè modo nec eos negotia suscipere conuenit, qui, quemadmodum per omne vitæ spatium iis vtendum sit, scientiam minimè consecuti sunt. Chryf. Clement.

D Omnis eruditi viri, atque vsu præditi actio, felicitas est: contra, omnis inscitia laborantis hominis actio, miseria. Iosephi.
Quotidianum studium experientiam paulatim alit.

De mansuetudine, & pietate.

CAP. XXX.



EDV CET mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Mansueti autem hæreditabunt terram: & delectabuntur in multitudine pacis. Ps. 24. 36.

Cum exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum. Suscipiens mansuetos Dominus. Exaltabit mansuetos in salutem. 75. 100. 146.

E Vir mansueti animi, medicus cordis. Melior est vir clemens cum humilitate, quam qui diuidit spolia cum contumelia. Beatus homo, qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ, corruet in malum. Pr. 2. 16. 28.

Fili, in mansuetudine opera tua perface: & super gloriam hominum diligeris. Eccli. 3.

Radices Gentium superbarum euertit Dominus: & plantauit mites pro eis. 10.

Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Mat. 5.

Nemo te contemnat. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostèdentes mansuetudinè ad omnes homines. Tit. 3.

Mansuetudine opus habeo, per quam princeps huius seculi diabolus euertitur. Iuuenis mansuetus multa suffert. Ignat.

Canities senum, clementia: Vita autem eorum cognitio vera. Nulla virtus ita sapien-
tiam parere consuevit, ut lenitas.

De iis, qui aduersus Deum inscientes peccant & blasphemant.

CAP. XXXI.

Pro. 19. **T**VLTTIA hominis supplantat gressus eius: Deum autem accusat cor
eius.

Na. in
Tetra. st.

Quid culpam in hostem semper ipsi vertimus,
Cum nostra praesent robur ipsi crimina?
Te criminare prorsus, aut certe magis.

Ignis tuus nam: flamma vero demonis.

Chry. st.

Omni no, si ad ea, que geruntur, accurate animum adiicimus, nemo nobis imposturam
facit. Etenim diabolus quidem nos impellit: verum, ut ipse nos plurimis malis afficit, sic
nos quoque ob socordiam nostram plurima mala nobis accersimus.

De temerario & impudenti, atque iracundo.

CAP. XXXII.

Iob. 5.



STULTVM interficit iracundia. Per iracundiam imbecilles
euerterunt peccatores. Magnum & potentem perdit ira.
Impius non veretur faciem honorabilis viri: nec scit eius-
modi hominibus honorem exhibere.

Isal. 32.

Desine ab ira, & derelinque furorem. Furor illis secun-
dum similitudinem serpentis.

Pro. 15. 27.

Vir iracundus prouocat rixas. Iracundus temere omnia facit. Graue est
faxum, & onerosa arena: fed ira stulti vtroque grauior. Noli esse amicus homi-
ni iracundo, neque ambules cum homine furioso: ne forte discas semitas eius, &
sumas scandalum animae tuae. Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignan-
dum facilis est, erit ad peccandum procliuior. Non loqueris verbum in ira ex
ore tuo. Labia stulti miscent se rixis: & os eius iurgia prouocat. Os stulti con-
tritio eius: & labia ipsius, ruina animae eius. Impudens vir impudenter sustinet
facie. Ventus aquilo excitat nubes: facies autem impudens linguam extimulat.
Qui duro corde est, incidet in mala.

22.

Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit.

Eccl. 7.

Fier. 3.

Eccl. 30.

23.

Anima impudens delebitur. Non poterit iracundia iniqua iustificari. Ete-
nim momentum irae ipsius, ruina ipsi est. Remoue iram a corde tuo. Zelus
& iracundia minuent dies. Domine omnipotens, Deus salutis meae, animae vi-
ri impudentis ne tradas me.

Mat. 5.

Ephes. 4.

Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio.
Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. No-
lite locum dare diabolo. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, &
blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia.

Iac. 1.

Ira viri iustitiam Dei non operatur.

Basil.

Iracun-
dia temu-
lentiae ge-
nus est.

Va his, qui temulenti sunt, non a vino. Iracundia, animae temulentia est, de statu eam
exturbans, non secus ac vinum. Mæstitia ipsa quoque ebrietas est, mentem submogens.
Irascens aliquem tibi animo propone, quemadmodum videlicet ex hoc affectu temu-
lentiam contrahat. Sui ipsius compos non est. Seipsum ignorat, atque item eos, qui adsunt.

Non

A Non secus atque in nocturno quodam conflictu omnes tangit, ad omnia offendit, quiduis sine exceptione proloquitur, nulla ratione coerceri potest, conuicta, ur, ferit, minatur, iurat, clamat, diſrumpitur. Hanc ebrietatem fugias velim.

Posteaquam iracundia affectus depulsa ratione principatum animae semel inuaserit, hominem prorsus efferat, ac ne hominem quidem esse sinit, ut qui iam rationis praesidio careat. Nam quod venenatis animantibus venenum est, hoc ira percitis est excandescencia. Rabie laborant ut canes, subsultant ut scorpj, mordent ut serpentes. Ipsa quoque Scriptura eos, qui hoc affectu constricti tenentur ferarum nominibus appellare consuevit.

Ob iram freni expers lingua est, ianua os caret, manus petulantes sunt. Hinc contumelia, probra, vituperationes, plagae, aliaque tam multa, ut ne recenseri quidem possint. Ob iram & ensis acuitur, & manus humana homini mortem asserre non dubitat. Ob eam causam fratres mutuo sese non agnoscunt, parentes & liberi naturae memoriam ex animis eiiciunt. Ac primum quidem seipſos ignorant, qui ira aestuant: deinde autem omnes peraeque necessarios & familiares. Et quemadmodum torrentes ad concaua loca fluentes, quicquid obuium habuerint, secum rapiunt: sic irascentium impetus vehementes & indomiti per omnia sine discrimine versantur. Neque enim eos, qui iracundia aestuant, mouet canities, non vitae probitas, non generis propinquitas, non praecedentia beneficia, non denique quicquam aliud huiusmodi apud ipsos honori est. Breuis quidam furor iracundia est.

In malis certaminibus inferior ille est qui vicit, quandoquidem ita discedit, ut maiorem peccati partem secum ferat. Ne igitur committas, ut malae collectae cumulator sis: nec malum debitum sceleratius persoluas. Contumelias te quispiam laceſiuit, atque iracundia elatus est? Malum silentio compeſce. Tu vero illius impetum non secus ac fluxum quemdam in peccatum tuum admittens, ventos imitaris, qui id, quod conuictur, per aduersos flatus sibi iniucem tribuunt. Ne hostem magistrum tibi adhibeas, nec quod odisti imiteris, nec iracundi hominis tanquam speculum te praebeas, illius ut delictet formam in teipſo ostendens. Rubicunda facie ille est? Quid? Tuane ruborem non contraxit? Sanguinei illius oculi sunt? Tui vero tranquilline ac sedati sunt? Vox illius aspera? Quid? Tuane lenis? Ne in solitudinibus quidem extremus vocis sonus usque adeo integer ad loquentem se refringit, ut ad conuictiorem maledicta reuertuntur. Imò, ut rectius loquar, extremus ille vocis sonus idem redditur: at maledictum cum incremento redit.

C Quid iracundia stultius? Si ab ira alienus permanseris, eum, qui tibi conuictum intulit, probro atque ignominia affecisti, ut qui reipſa temperantiam praestiteris. Alapis affectus es? Et Dominus item. Consputus es? Et item Dominus noster. Non enim auertit faciem suam ab ignominia spurcorum. Calumniis appetitus es? Et item Iudex. Tunicam tuam lacerauit? Et Dominum item tuum exuerunt, atque ipsius vestes inter se partiti sunt. Illuc iram transfer, nimirum ad homicidam illum, illum mendacij parentem, illum cuius peccati opificem. Fratris autem tui etiam te misereſcat: quoniam si in peccato perſiterit, sempiterno igni cum diabolo tradetur.

Desine ab ira, & derelinque furorem: ne te iram eam experiri contingat, quae de caelo super omnem impietatem & iniustitiam hominum reuelabitur.

D Ne tantum malum nobis ipsis inuehamus, hoc est animae morbum, rationis obscurationem, a Deo auersionem, propinquitatis ac necessitudinum ignoracionem, belli initium, calamitatum cumulum, prauum demonem in animis nostris exorientem, ac velut impudentem quendam inquilinum pectoris nostri penetralia occupantem, ac sancto Spiritui aditum pracludentem. Etenim ubi inimicitiae, contentiones, iracundiae, simultates, concertationes, perpetuos in animis tumultus cient, illic spiritus lenitatis minime requiescit.

Iracundiae obnoxius es? Comprime iracundiam. Vir iracundus, inquit ille, minime decorus est. Erudiat te Scriptura: speculi vice faciei tuae sit. Illic discite. Nam quoniam impia cogitatio eas tibi tenebras offudit, ut, quantum malum iracundia sit, considerare nequeas, Scriptura hoc te docet, virum iracundum minime decorum esse.

Rationem tuam ira superauit, ac te excandescencia, tum ad obscenos sermones, tum ad atroces & belluinas actiones praecipitem trahit? Si ad teipſum animum adieceris, repri- tunde tibi mes iracundiam, eam nimirum non secus atque equum quendam contumacem ac freni im-

mes iracundiam, eam nimirum non secus atque equum quendam contumacem ac freni im-

patientem, rationis plaga tanquam verberare quodam perstringens.

Hom hab in Laciz. Quam turpiter & indecorè se gerit homo iracundus! Humanum habitum ac speciem exiit, ac belluæ habitum assumit. Animaduerte qualis sit, qui iracundia afficitur. Quamprimùm enim inferbuit iracundia, immutantur oculi, atque à se degenerant. Igneum quiddam cernit. Sursum excurret sanguis, atque inferueto pectore oculorum tunicas subit. Sugillatus efficitur, vi huiusmodi affectus excedens: atque ipsius oculos immutauit. Vir iracundus minimè decorus est. Si aliquem præ iracundia dentes acuentem videris, illud cogita, eum apro similem esse, vt qui internum furorem per dentium confectum ostendat. Si eum, qui iracundia laborat, spumantem, atque inconditas quasdam voces pectore emittentem videris, si & patris memoriam ex animo eiicientem, & filij corpus handquam agnoscentem, ac denique, quò certissimis argumentis impetum suum prodat, per omnia temerè ac sine vlllo discrimine grassantem, vides sanè quam turpis ac fœda hæc res sit. Quocirca in alieno malo tibi ipsi medere: ne tu quoque illius fœditatem & obscenitatem contrahas. Vir iracundus minimè decorus est. Ac rursum, Cum viro iracundo ne verferis. Mala res est, vna cum cane astrictum teneri, ac perpetui latratus molestiam perferre. Vir iracundus minimè decorus est. Ipsius consuetudinem fuge. Alioqui enim te ex ipsius viis aliquid discere necesse fuerit. Contumeliosum aliquod verbum protulit? Stomachum quoque tibi mouit. Vt enim canis latratus alterius canis clamorem prouocat: sic iracundiam in te consopitam & quiescentem vox illius excitauit. Atque ita iam alter alteri oblatratis.

Pro. 22. Hæc qualia ipsi inter se probri contumeliæque causa vicissim proloquuntur: quoadusque videlicet eos conuitia, tanquam tela, defecerint. Deinde, postquam omne conuitorum genus per linguam, non secus ac fundam quandam, emisserint, tum denique ad iniurias suas manibus vlciendas progrediuntur. Ira enim simultatem excitat: similtas conuitia: conuitia plagas: plagæ vulnera & mortem.

Na. in Lamb. Fractur ira, mente ne tandem cadas.

Chryf. Iracundia aduersus serpentem solum tibi sit: ob quem corruisti.

Demus operam, vt ab ira puri simus. Neque enim illic Spiritus sanctus habitat, vbi sedes est ira. Execrabilis est ira. Neque enim fieri potest, vt quidquam sani inde prodeat, vnde ira emanat.

Ira prospiciendi facultatem adimit, atque, velut in nocturno pralio, colligatis & oculis & auribus, ita demum nos, quocumque collibuerit, ducit.

Lib. De sacer. Nihil mentis puritatem ac rationis limpiditatem æquè inficit, vt præceptis iracundia, & quæ magno cum impetu fertur. Solent plerique mortalium, cum ira & moerore tenentur, nec eos, à quibus commoti sunt, nancisci possunt, in obuios quosque temerè iram suam effundere.

Posteaquam animus semel pudorem abstergere coactus est, in indolentiam cadit: ac neque consiliis & admonitionibus cedit, nec minis inflectitur.

Iracundia affectus violentus est, ac sapè eos, qui non satis vigilanti sunt animo, rapit, atque ad ipsam exitij voraginem deturbat.

Cyilli. Quenam bellua ita fœua & truculenta est, vt homo iracundus, atque impotentis cuiusdam excandescentiæ tyrannide oppressus? Quodnam rursus mare, asperrimis ventis perflatum, ita se ad imminentes rupes effringit? Aut denique, quodnam scæum & venosum reptile tam acriter in eos, qui propius accedunt, insilit, vt vir acri atque effrenata quadam iracundia laborans, totasque velut habenas huiusmodi affectui remittens?

Quidnam ira peius excogitari queat? Hominem enim humanitate exiit, eum videlicet indecorum, & implacabilem, atque ab omni societate & commercio abhorrentem, & impium, reddens, sicque afficiens, vt maxima quæque bona pro nihilo ducat. Quod enim flagitium est, quod non suscipiat, aut qui sermo malus, à quo abstineat is, qui eiusmodi flamma intimo pectore flagret, quæ consopiri nequeat, atque iracundia prorsus æstuet?

Dionys. Alex. Psal. 4. Irasci, apud nos hoc termino circumscribetur, vt ad comprimenda peccata progrediat, nec vltra se porrigat. Irascimini enim, inquit ille, & nolite peccare.

Cauendum est, ne nimis exactos ac seueros iudices nos præbeamus: monente scilicet Ecclesiasse,

A *clesiaste, Noli esse iustus multum.*
 Quamlibet ad breue tempus irasci quispiam videatur: tamen, si id animi commotione victus facit, stultus est.

Submota lenitate continentiam ne comprobes. Nam quisquis ita cibo ac potu abstinet, Euagrii. Ut interim tamen temere in iram prorumpat, hic naui mare sulcanti non absimilis est, ac Simue. gubernatorem demonem habenti.

De fiducia & autoritate: & quibus modis hæ res acquiruntur.

CAP. XXXIII.

B **A**UTHORITATEM sermonibus tribuit principium iustitiæ. *Pro.*
 Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: *1. Io. 3.*
 & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ placita sunt coram eo, facimus.

Cum quispiam ita moribus comparatus fuerit, ut à nemine carpi possit, tum, quanta incertis cum autoritate voluerit, eos omnes, quibus præest, vel pœna afficere, vel liberare poterit.

De vita honesta, & moribus bonis, & obedientia: & quòd, nobis probè atque honestè viuentibus, Deus gloria afficitur, & colitur.

CAP. XXXIIII.



PARVIT Dominus Abrahamæ, & dixit ei: Ego Deus tuus *Gen. 17.*
 sum. Ambula coram me, & esto perfectus.

Facito quòd bonum & placitum est coram Domino: ut bene tibi sit.

Nūquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius ut obediatur voci Dñi? Melior est enim obedientia, quàm victima, & auscultare, magis quàm offerre adipem arietum. *1. Reg. 15.*

D Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, &c? Quis ascendet in montem *Pf. 14. 23.*
 Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Venite, filij, audite me: timorem *33.*
 Domini docebo vos. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Do- *118.*
 mini.

Oculi tui recta videant: & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Prouide *Pro. 4.*
 bona coram Deo & hominibus. Qui ambulat immaculatè in iustitia, beatos filios relinquet.

Derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum. & timebunt à facie Domini. Reliquiæ Israël non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa. *Soph. 3.*

E Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis *Esa. 33.*
 cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatem, qui proiicit auaritiã ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum: iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius.

Vir, qui hominem non contristauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento, ad vsuram non commodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manum suam, & iudicia verum fecerit inter virum & virum, in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, & faciat veritatem: hic iustus est, vita viuet, ait Dominus. *Ezech. 18.*

Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. *Sap. 4.*

- Canis autem sunt sensus hominis: & ætas senectutis vita immaculata.
- Mat. 5.* Audistis quia dictum est antiquis, Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo alia duo. Qui petit à te, da ei: & volenti mutare à te, ne auertaris. Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: ut sitis filij Patris vestri, qui in caelis est, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.
- Ibid.* Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est.
- Rom. 12.* Providentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus.
- 13.* Sicut in die honestè ambulemus: non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitis, non in contentione, & emulatione: sed induimini Dominum nostrum Iesum Christum: & carnis curam ne feceritis in desideris.
- 1. Cor. 10.* Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sine offensione estote Iudæis & Gentibus, & Ecclesiæ Dei.
- Ephes. 5.* Videte quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quia dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.
- Iac. 3.* Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.
- 1. Pet. 2.* Conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam: ut in eo quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Si patrem inuocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat secundum vniuersiusque opus, in timore, incolatus vestri tempore conuersamini.

Sixti. Fieri non potest, ut qui spiam secundum Deum viuat, nisi temperanter ac iuste omnia faciat.

Bona est virtutis ac beneficentiæ merces.

Basilij. Homini bus quidem ex sermonum amplificatione conflatantur encomia. At iis, qui iustitia præditi sunt, ad eximiam virtutis eorum magnitudinem indicandam sufficit rerum ab ipsis gestarum veritas.

Disce, homo, euangelicam vitæ rationem, oculorum accuratam compressionem, linguæ continentiam, corporis subactionem, animi summisionem, mentis puritatem, iræ extinctionionem. Angariatus, æqui bonique consule: vexatus, tolera: conuitus lacesitus, ora.

Naz. de laud. Heron. Nobilitatem dico, non quam plerique existimant, absit: non nostrum est eam admirari: ac ne philosophi quidem, ut potè quæ à fabulis & sepulcris, supercilioque iam pridem putrido profisciscatur: sed quam pietas vitæque sanctimonia, ascensusque ad primum illud bonum, ex quo originem traximus, exculpit.

Orat. in plag. grædi. Non qui sermonum sibi scientiam comparauit, hic protinus apud me est sapiens, nec qui volubilem quidem ac versatilem linguam habet, ceterum imperitum animum, illis utique sepulcris non absimilis, quæ quamuis externa pulchritudine & elegantia niteant, interne tamen cadaueribus scatent, multumque foetorem tegunt. Verum is demum mihi sapiens videtur, qui pauca quidem de virtute verba facit, ceterum actionibus ipsis multa demonstrat, vitæque integritate orationi fidem autoritatemque conciliat. Præstantior meo quidem iudicio existimanda est pulchritudo ea, quæ oculis cernitur, quam quæ sermonis penicillo pingitur: & diuitiæ, quas manibus tenemus, quam quas somnij errore nobis fingimus.

& sa-

A *Et sapientia, quæ operibus indicatur, quam quæ verbis splendescit. Intellectus enim, inquit ille, bonus omnibus facientibus eum: non autem duntaxat prædicantibus.*

Suos, herosque vita sola facit.

In Tert.

Bonorum omnium hoc caput est, ut per meam vitam Dei nomen celebretur. Id me enim, inquit, dominationis tuæ nomen inuocatum sanctificetur. Ut videant, inquit Christus, homines opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.

Mar. 5.

Vita sermone potentior est, & mores verbis, & operum documentum sermonum doctrina. Apostolorum tempestate non sola miracula homines ad fidem alliciebant: sed ante miracula, vita.

Chrys.

B *Nos qui intellectuale ac spirituale sacrificium obimus, ad suauitatis odorem omne probitatis ac lenitatis genus offerre iubemur, fidem, spem, charitatem, iustitiam, continentiam, obedientiam, ac morigerum animum, perpetuas diuini nominis celebrationes, reliquasque virtutes. Hoc enim sacrificium à materia remotissimum est, ac proinde materia experti Deo congruens: ac spiritualis fragrantia munera, sunt veræ probitatis mores.*

Cyrilli.

In vniuersum Christianus solitudinis ac secessionis, & tranquillitatis atque pacis amicus est.

Clement.

Is qui veram vitam amplexus est, non modò victus, sed etiam sermonis vilitati studere debet.

Philoni.

Præstantioribus subiici vtile est.

C *De vita reprehendenda: & de inobedientibus, & contumacibus, ac versutis, improbisque moribus præditis.*

C A P. XXXV.



I OBLIQUE ad me ambulaueritis, ambulabo & ego vobis. *Leuit. 26.*
cum in ira obliqua: & percutiam vos pro peccatis vestris.

Qui immutat concilia versutorum: & non facient manus ipsorum verum. *Iob. 12.*

Disperdet Dominus vniuersa labia dolosa. Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. A viro iniquo & doloso eripe me. *Ps. 11. 49.*

54.

108.

D *Peruersum cor fabricatur mala: in omni tempore qui eiusmodi est, tumultus excitat ciuitati. Propterea repente veniet ei perditio: quia delectatur omnibus rebus, quas Deus odit. Abominatio Domino viæ peruersæ. Eò quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correctioni meæ. Comedent igitur fructus viæ suæ: suisque consiliis saturabuntur. Homo stultus & flagitiosus graditur viis peruersis, annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Gubernant impij dolos. Sermones impiorum dolosi. Non consequetur dolosus quod captat. Anima dolosorum oberrant in peccatis: & filio doloso nullum erit bonum. Peruersus in ore suo fert exitium suum. Vir peruersus transmittit mala, & separat amicos. Ad peruersos peruersas vias mittet Dominus. Tribuli & laquei in viis peruersis: qui autem custodit animam suam, abstinebit ab eis. Qui graditur per vias obliquas, iis implicabitur.*

Pro.

1.

6.

22.

A propinquat ad me populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me: cor autem eius longè est à me. *Esa. 29.*

Populo huic factum est cor contumax & inobediens.

Hier. 5.

Hæc dicit Dominus Deus, Qui audit, audiat, & qui inobediens est, inobediens sit: quia domus exasperans est. Et erit ipsis tanquam vox psalterij. Audient verba, & non intelligent ea. *Ezech. 3.*

3.

Peruersæ cogitationes separant à Deo. In maleuolam animam non intrabit sapientia. Sanctus enim Spiritus sapientiæ effugiet fictum.

Sap. 1.

Basil. Versutia, suspicacitas, diffidentia, malignitas, insidiandi studium, ac temeritas & au-
dacia, mala atque improbanda vitæ fetus sunt.

Hom. ad- uers. irasc. Ne tantum malum nobis ipsis inuehamus, hoc est, animæ morbum, rationis obscuratio-
nem, à Deo ab alienationem, propinquorum ignorationem, belli initium, calamitatum cu-
mulum, prauum demonem in animis nostris nascentem, ac velut impudentem quendam
inquilinum, pectoris nostri penetralia occupantem, & Spiritui sancto aditum præcluden-
tem. Etenim ubi inimicitia, contentiones, iracundia, similtates, conflictationes, tumultus
in animis ciere non intermittunt, illic spiritus lenitatis minimè requiescit.

Hom. ad- uers. e- brios. Antistitis alacritatem præcedentium laborum sterilitas retundit. Siquidem & agrico-
la, primis seminibus minimè enatis, ad idem aruum denudè conferendum segnior redditur.
Omninò, non audientem dicto esse, multorum & grauium malorum radix est. Rebella-
re ac reluctari, ingentium malorum argumentum habet. Fidei enim morbum prodit, spei
vacillationem, morum tumorem atque insolentiam. Neque enim quisquam contumacem se
præbet, nisi prius monitorem improbarit. Nec rursus, qui Dei pollicitationibus fidem ad-
hibet, firmamque in ipsis fidem locat, quamuis dura & laboriosa sint, quæ imperantur, ad
ea tamen inquam animo deficit.

Reluctatio imperiosam quandam animi insolentiam atq; contumaciam arguit: etiamsi
alioqui sub humilitatis specie fiat.

Varius & artificiosus sermo, multòque nexus ac multam structuram habens, mille
formas assumit, atque innumeras conuersiones suscipit, subinde nimirum ad eorum, qui ad-
sunt, plausum gratiamque sese immutans.

Morum varietatem ac multipliciter fugit. Varius serpens est: ac propterea ita mul-
tatus est, ut ipsi serpente necesse sit.

Philonis. Impudens aspectus, & pendula cervix, ac continua superciliorum agitatio, & super-
bus incessus, & nulla ex re turpi rubore affici, fædisimi animi indicia sunt, obscuras pro-
batorum suorum formas in conspicuo corpore insculpentis.

De perseverantia, & perseverantibus: & quòd fides & benevolentia
seruanda sit iis qui præcesserunt. CAP. XXXVI.

Ecli. 22. **E** IDEM posside cum amico in paupertate illius: ut & in bonis illius læte-
ris. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, ut & in hæreditate
illius cohares sis. Tecto excipe alienum: & peruertet te in tumultu, &
abalienabit te à bonis tuis.

De pauperibus: & quòd ab iis se auertere, aut eos contemnere non
oporteat. CAP. XXXVII.

Psal. 9. **L** AMOREM inopis & egeni exaudiet Dominus.
Factus est Dominus refugium pauperi. Non est oblitus cla-
morem pauperum. Non in finem obliuio erit pauperis: pa-
tientia pauperum non peribit in finem. Dum superbit impius, K
incéditur pauper. Tibi derelictus est pauper. Desiderium pau-
perum exaudiuit Dominus. Confilium inopis confudistis:
13. Dominus autem spes eius est. Edent pauperes & saturabun-
12. tur. Iudicabit Dominus pauperes populi: & saluos faciet filios pauperum.
71. Cognoui quia Dominus faciet iudicium inopis, & vindictam pauperum.
139. Paupertas virum humiliat. Qui aspernatur pauperem, peccat. Pauper non
14. sustinet minas. Qui calumniatur egentem, ad iram prouocat factorem eius.
19. Pauper etiam ab amico deseritur. Humiles antecedit gratia. Omnia ope-
ra humilis manifesta sunt apud Deum. Omnis, qui pauperem amicum odit,
ab amicitia longè est. Melior est pauper iustus, quam diues mendax. Ne vim
afferat

Afferas pauperi: pauper enim est. Ne, cum pauper sis, conferas te cum homine locuplete: cogitatione autem tua abstine. Melior est pauper, qui ambulat in veritate, quam diues mendax. Sapientia pauperis nihil penditur: & sermones eius non audiuntur.

Si videris calumnias egentium, & violenta iudicia, & subuerti iustitiã in prouincia, non mireris super hoc negotio: quia excelsio excelsior est alius.

Et pascentur primogeniti pauperum: & pauperes fiducialiter requiescēt. Dominus fundauit Sion: & per ipsum salui fient humiles populi.

B Humilis deceptus est: in super & arguitur. Locutus est sensatē: & non est datus ei locus. Diues locutus est, & omnes tacuerunt: & verbum illius vsque ad nubes perducent. Pauper locutus est: & dicunt, Quis est hic? Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & non discedet, donec Altissimus aspiciat. Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quam epulã splēdidã apud alienos. Non iustum est aspernari pauperem prudentem. Sapientia humiliati exaltabit caput eius: & in medio magnatorum confedere illum faciet.

Paupertate laborare minimè turpe ac probrosum est: Verum æquo animo paupertatem non ferre.

Cum in egestate versaris, ò homo, læto animo esto: quia te Lazari bona exceptura sunt.

C Ne ob paupertatem desperatione afficiaris: nec, quia nihil in præsens habes, quod præclarum & expetendum sit, idcirco bonam omnem spem abijcias: Verum animum tuum ad eorum bonorum cogitationem subuehe, quæ iam tibi à Deo contigerunt, & eorum item, quæ per pollicitationem in posterum tibi recondita sunt.

Nullam ignominiam paupertas affert.

Paupertas liberè loquendi facultatem adimit.

Hac vna re nos pauperes diuitibus præstamus, nempe animi securitate: & quia eos insomnem noctem ducentes irridemus, ipsi dormientes: & eos, qui curis sese conficiunt & exedunt, cum ipsi sine cura simus, atque animi remissione fruamur.

Pauper es? Ne propterea mæstus sis. Etenim immodica tristitia peccati causa efficitur, merore videlicet mentem submergente, ipsique præ anxietate, consilii que inopia vertiginem afferente: consilij autem inopia, animique perplexitate ingratitude pariente. Quid enim? An eam, in qua versaris, angustiam Deus non cernit: qui cibum quidem manibus tenet, Verum ea mente largiri cunctatur, ut animi tui firmitatem exploret?

Paupertas, si verissime loquendum est, omnibus delicijs & oblectamentis præstabilior est, ijs quidem qui mente præditi sunt.

E Quid imbecilli atque abiecto es animo, ò homo, quod equus tibi non est argenteo freno insignis? At Solem habes ocysimo cursu per singulos dies tibi prælucentem. Argenti & auri fulgorem non habes? At Lunam habes clarissima sua luce te collustrantem. Non auro contextis curibus veheris? At pedes habes, hoc est aptum vehiculum, tibi que innatum. Quid igitur eos beatos prædicas, qui, cum plenum marsupium habeant, alienis tamen pedibus ad incedendum opus habent? In eburneo lecto non dormis? At humum habes, multo ebove præstantiorem, dulcemque in ea quietem, ac celerem somnum, curaq; vacuum. Non sub aureis laquearibus accumbis? At cælum habes siderum pulchritudine, sermonem omnem superante, vndique collucens.

Nihil apud Deum magnum atque amplū censetur, quod non pauper quoque dare potest.

Si quis inopia conflctatur, Deum pro opibus habeat: & diuites atque copiosos irrideat, ut qui semper quidem acquirant, semper autem inopia laborent, utpote pluribus indigentes: ac bibant, ut maiore siti flagrent.

Melior egestas improbè partis bonis,

Ut sanitate morbus haud laudabili.

Opibus carenti nil viro securius.

Spes namque cunctas in Deo fixas tenet.

Egere durum est: peior at census malus.

In Tetraſt

Ibid.

In Iamb.

Chryst. Pauper mutationem non extimescit. Quod si etiam aduersus aliquid accidat, facile id feret, ut qui per egestatem philosophari iam, patientiamque prestare assueverit. Diues contra non modo mutationem aliquam perferre nequit, sed, vel si dumtaxat eam expectet, ridiculum se prabet, anxietate nimium laborans, & indignè ferens, ac vitam quavis morte acerbiolem ducens. Et quemadmodum qui in mediterranea regione educati sunt, si vel solum in portum descenderint, atque in nauem ascenderint, in summa animi anxietate ac molestia versantur, grauiusque tenebris obsessi, cuncta circumagi putant, cum contra ij qui maria multa peragrarunt, ne imminente quidem naufragio facile perturbentur, ut qui natandi periti sint, atque impendens periculum euitare possint: eodem modo etiam in diuitibus & pauperibus vsu venit. Etenim locupletes & copiosi homines, ne leuem quidem mutationem strenuo animo excipiunt, verum patientia expertes sunt, ut qui in luxu ac delicijs perpetuo viuunt. At pauperes, ut qui multos fluctus peragrarint, ac multorum naufragiorum periculum fecerint, ad omnia firmi atque immoti manent, ac tempestates omnes ludibrio habent. Nec verò hoc dumtaxat admirandum est, quod mutationes forti ac generoso animo ferant: sed quia ne facile quidem in eas incidunt. Ecquis enim pauperi negotium faceffere in animum inducat, cum ab illius paupertate nihil commodi percepturus sit?

Qui paupertatem studiosè coluerunt, ad Deum semper appropinquant:

Paupertas Dei larua est. O quanta paupertatis dignitas est! Dei velut larua efficitur. Delitescit enim sub paupertate Deus. Ac pauper quidem est, qui supplicem manum protendit: Deus autem est, qui accipit.

Euag. 7. Peregrinus & pauper, Dei sunt collyrium. Qui eos excipit, confestim visum recipiet. H

De filiis: & quòd eos parentes metuere, atque honore afficere oporteat.

CAP. XXXVIII.

Exod. 20.



HONORA patrem tuum & matrem tuam, ut sis longæuus super terram. Vnusquisque patrem suum & matrem timeat.

Deut. 5.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus: ut bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.

Pro. 1.

Audi, fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.

Audi patrem tuum: & ne contemnas matrem tuam, cum senuerit. Filius sapiens glorificat patrem.

Hier. 35.

Posui coram filiis domus Rechabitarum scyphos plenos vino, & calices, & dixi ad eos, Bibite vinum. Qui responderunt, Non bibemus vinum: quia Ionadab pater noster præcepit nobis, dicens, Non bibetis vinum vos & filij vestri vsque in sempiternum. Et domum non ædificabitis, & sementem non seretis, & vineas nõ plantabitis, nec habebitis: sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, ut viuatis diebus multis super faciem terræ, in qua peregrinamini. Obediuimus ergo voci Ionadab patris nostri, ita ut non biberemus vinum cunctis diebus nostris, nos & mulieres nostræ, filij & filia nostræ. Idcirco hæc dicit Dominus: Pro eo quòd obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa, quæ præcepit vobis: non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

Eccli. 3.

Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis. Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum, vita viuere longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Dominum, honorat parètes, & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. In opere, & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio à Deo. Benedictio patris

A patris firmat domos filiorum : maledictio autem matris eradicat fundamenta. Fili fuscipe senectam patris tui: & non contristes eum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da: & ne spernas eum in virtute tua. Eleemosyna enim patris non erit in obliuione. In toto corde tuo honora patrem tuum: & genitum matris tuæ ne obliuiscaris. 7.

Filij, obedite parentibus vestris in Domino. Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum, & matrem tuam: (quod est mandatum primum in promissione:) vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Ephes. 6.

Filij, obedite parentibus per omnia. Hoc enim placitum est Domino, & Deo nostro. Col. 3.

B Ciconiarum circa eas, quæ senectute affectæ sunt, cura, ad filios paterno amore inflammas, si animum attendere velint, satis momenti habet. Omnino enim nemo vsque adeo prudentia inops est, quin turpe atque ignominiosum censeat auius, à ratione auersissimis, virtute inferiorem esse. Ciconia porro patrem præ senectute iam pennis orbatum in orbem cingentes, alis suis fouent, atque vberem ei alimoniam suppeditantes, eam etiã, quam possunt, in volatu opem præbent, leuiter nimirum eum vtrinque pennis suis subleuant. Atque hoc ita apud omnes sermone celebratum est, vt iam etiam nonnulli beneficiorum remunerationem appellent.

Probi & candidi liberi magna à parentibus encomia exposcunt.

C Fac quod bonum est: quia bonum est patri obtemperare: etiamsi alioqui nihil inde lucri ad te rediturum sit. Nam hoc ipsum merces est, patri gratificari atque obsequi. Nat.

Filij parentibus cedant oportet. Ceterum vbi veritatis sermo ac doctrina vrger, præferatur Deus, ac, quæ sua sunt, obtineat. Incert.

Parentibus equam gratiam referre impossibile est. Neque enim eos vicissim gignere quisquam potest.

Parentes honore affice. Hæc enim lex diuina & naturalis est. Beatus est, qui parentes oblectat, non secus ac terra eos, qui ad iacta semina amplificanda labores pertulerunt. Iosephi.

Parentibus obtemperare pium est, ac Deo gratum.

D De parricidis & matricidis: & quæ mala eos sequantur, qui parentes aspernantur, usque minimè parent. CAP. XXXIX.



VI percusserit patrem suum aut matrè, morte moriatur. Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Exod. 21.

Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Patri matricique qui maledixerit, sanguis eius sit super eum. Leuit. 20.

Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coërcitus obedire contempserit: apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos, Filius noster iste proteruus, & contumax est, monita nostra audire contemnit, comestationibus vacat, & luxuriæ atque conuiujs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur. Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem suam, & dicet omnis populus, Amen. Num. 21.

Filius inobediens in perditione erit. Qui inhonorat patrem, & reiiicit matrem suam, confundetur, & probro afficietur. Qui maledicit patri vel matri, extinguetur lucerna eius, & pupillæ oculorum ipsius videbunt tenebras. Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. 27.

Qui abiicit patrem & matrem, & putat se non peccare, hic socius est viri impij. Quàm impius est, qui derelinquit patrem: & maledictus à Deo, qui ex-

Prou. 29.

20.

30.

Ecli.

3.

asperat matrē! Ne glorieris in ignominia patris tui! Gloria enim hominis ex F
honore patris sui est.

Ioſephi.

Miserrimum est pro vberē atque copiosa ſegete ſpicas proferre, & pro lata ſpe mœſtitiā
procreare, hoc est pro gloria & honore contumeliā & infamiā parentibus rependere,
Eſa. 5. ac vocem hanc Prophetæ ſibi aſciſcere, Expeſtavi vt vinea mea faceret vinas: & fecit
labruſcas.

Quod parentes filios ſuos erudire atque caſtigare debeant. Niſi enim hoc
fecerint, in ſclerum eorum partem venturos eſſe.

C A P. X L.

1. Reg. 20.



ELI erat ſenex valde: & audiuit omnia quæ faciebant filij
ſui vniuerſo Iſraēli: & quomodo dormiebant cum mulieri-
bus, quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi: & non caſtiga-
bat eos. Et dixit Dominus: Loquens locutus ſum, vt domus
tua & domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo vſque
in ſempiternum. Nunc autem abſit hoc. Neque enim egre-
diatur iniquitas domus Heli in ſuffitu & ſacrificiis æternis.

Pro. 13.

22.

Caſtiga filiū: & refoſcillabit te, & dabit ornamentū animæ tuæ. Qui parit
virgæ, odit filium ſuum: qui autem diligit illū, inſtanter erudit. Noli ſubtrahe- H
re à puero diſciplinam: ſi enim percufferis eum virga, non morietur. tu virga per-
cuties eum: & animam eius de inferno liberabis. Plagæ & reprehensio dant ſa-
pientiam. Rectè educat pater iuſtus caſtigans: & in ſapiente filio delectatur ani-
ma illius. Caſtiga filium tuum: ſic enim bonæ ſpei erit.

Ecl. 7.

30.

Filij tibi ſunt: erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Flagra & diſciplina,
in omni tempore ſapientia. Erudi filium tuū, & operare in eo: ne in ipſius tur-
pitudine offendas. Qui diligit filiū ſuum, aſſiduat illi flagella. Qui docet filium
ſuum, in zelum mittit inimicum, & in medio anticorum gloriabitur in illo. E-
quus indomitus euadit durus: & filius remiſſus euadit præceps. Lacta filium, &
pauentem te faciet: lude cum eo, & contriſtabit te. Non des illi poteſtatem in iu- I
uentute: tunde latera eius dum infans eſt.

Eph. 6.

Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in di-
ſciplina & correptione Domini.

Naſ.

Incerti.

Nili.

Cum filiis indulgenter agere, paterna lex eſt.
Ridiculorum hominum eſt, filios ſuos negligere, atque alienos caſtigare aggredi.
Ne filio permittas cum ſtultis & inſolentibus iuuenibus quotidianam conſuetudinem
habere, atque cum ijs coire & cibum ſumere: ne alioqui ad extremum ob ipſius exitium
& infamiā ingenti animi dolore afficiaris, atque inimicorum ſannis pateas. Si quidem ſi-
liorum labes & ſlagitia parentibus aſcribi conſueuerunt.

De Dei tentatione: & quod Deum tentare non oporteat.

C A P. X L I.

Deut. 6.

Eſa. 7.

1. Cor. 10.



NON tentabis Dominum Deum tuum.

Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens, Pete tibi ſignum à
Domino Deo tuo, in profundum inferni, ſiue in excelsum ſupra.
Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo Dominum.

Ne tentemus Dominum, ſicut quidam ipſorum tentauerunt, &
à ſerpentibus perierunt.

De

A De multitudine & populo ciuitatis. CAP. XLII.



NON sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio *Exod. 23.* plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero declines. Non obtemperabis genti flagitiosa.

Non pecces in multitudinem ciuitatis: nec te immittas in *Ecl. 7.* populum. A tribus timuit cor meum, & in quarto facies *26.* mea metuit, Delaturam ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem, super mortem omnia grauia.

B Solet vulgus, etiamsi iracundiæ suæ impetum in præsens cohibeat, non secus atque ignis incetti, in materia delitescens, aut profluens, per vim retentus atque compressus, arrepta occasione succendi atque impetu ferri.

De obseruatione & auspiciis: & quod nos tempora aut homines obseruare minimè oporteat. CAP. XLIII.



QUI obseruat ventum, non feminabit: & qui considerat nubes, nunquam metet. *Ecl. 12.*

Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo, ne fortè sine causa laborauerim in vobis. *Gal. 4.*

Ne quis vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut in Neomenia, aut sabbato, quæ sunt umbra futurorum. *col. 2.*

D Quosdam noui, qui cum in Christianorum numero sint, tamen Iudæorum ritu se gerunt, dicentes, Hodie sabbatum est, non licet mihi cuiquam benignè facere. Adest Nouilunium: & eodem modo. Auium garritus & vaticinia obseruant. Cauent panem cuiquam impertire. Ac rursum: Hodie Pascha est, cras dies Christi natalis, perendie sementis initium: è domo mea nihil efferre possum. Hæc omnia Iudaismum redolent. Si quis hæc facit, debet & panes fermenti expertes edere, & circumcidi; & cum Iudæis viuere. Et quid de sabbatis & nouilunijs, & Iudaicis rebus loquor? Complures noui, qui, cum baptisimi aqua tincti sint, ea tamen, quæ hereticorum sunt, peragant. Siquidem post Solis occubitum ignem vicino dare cauent. O miseros qui hæc faciunt! Quicumque neglectis Dei præceptis hæc obseruant, sub gratia non sunt, vt qui Euangelium minimè susceperint: Verum Iudæos & hereticos imitati, eandem cum ipsis hereditatis partem consecuti sunt. Christianum enim nihil horum obseruare oportet, non dies, non anni partes, non homines, non auguria. Multi enim uerò, èum bono operi incumbunt, ac superueniens Satanas id labefactat ac dissipat, culpam in eum non conferunt, sed dicunt, Certus homo ad me accessit, atque opus meum fascinavit, causam videlicet homini assignantes. Atqui diabolus iam inde à iactis mundi fundamentis hominibus inuidet, infestumque cum ipsis bellum gerit. Si in homine probum aliquod opus conspexerit, inuidia æstuat, atque illud abolere contendit. Et quia oculis nullo modo cerni potest, per occasionem ac pretextum hominem oppugnat: vt cum ipse malum fecerit, illud ijs ascribat, qui culpa carent. Cum igitur egregium aliquod opus, ac multorum sermone atque laude celebratum, fieri perspicit, accedit, illudque perfringit. Nec diabolus, cuius opera malum conflatum est, accusat: Verum, ipsius licet instinctu inchoatum opus abruperit, homines diris deuouet, ac maledictis insectatur. Eodem modo cum quispiam peregrè profectus est, atque insectis rebus domum se recepit, statim dicit, Quidam abeunti mihi obuiam factus est: atque ob hanc causam, id quod mihi proposueram, non sum consecutus. Nec diabolus, qui id effecit, sed insontem hominem, tanquam fascinatorem, accusat. Ac vide queso improbi fugitiui versutiam. Quem hominem quispiam obseruaturus est, hic vt illi occurrat, efficit. *Euseb. 7.*

De deposito: & quod summo studio ac fide illud custodire oporteat, nec in eius, qui deposuit, fraudem quicquam moliri.

CAP. XLIII.

Exod. 22.



QUIS commendauerit amico pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo, qui custodierat, furto ablata fuerint, si inuenitur fur, duplum reddet: si latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui, ad perpetrandam fraudem. Si quis commendauerit proximo suo asinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, nullusque hoc viderit: iusiurandum erit in medio, quod non extenderit manum in rem proximi sui: suscipietque Dominus iuramentum: & ille reddere non cogetur. Quod si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino. Si comestum à bestia, deferat ad eum quod occisum est, & non restituet.

De Presbyteris.

CAP. XLV.

Eusebii

Nota aduersus sacramentarios.



ULTI peccatores, cum presbyteri sint, sacris operantur, nec Deus eos auersatur: Verum per Spiritum sanctum proposita dona consecrat. Ac panis quidem pretiosum Domini corpus efficitur, poculum autem pretiosus Domini sanguis. Sunt igitur, qui se rem æquam ac rationi consentaneam facere putent, cum ab ipsis epulo sacro excipi recusant, nescientes videlicet hinc se grauius condemnari. Quis enim es tu, qui præfectum tuum atque antistitem iudicas? An non Apostolum dicentem audisti, Principi populi tui non maledices? Ac rursum, Tu quis es qui alienum seruum iudicas? Domino suo stat, aut cadit. Ecquando nosti ouem pastori salutem attulisse? Tunc aduersus pastorem accusationem instituis? Certè quemadmodum pecus rationis expers dentes aduersus pastorem acueri non potest: sic nec ratione præditam ouem ad accusandum pastorem linguam acueri conuenit. Tu qui ab eo erudiris ac velut manu duceris, ipsum arguendi ac iudicandi potestatem non habes: quemadmodum dixit Apostolus, Nolite ante tempus iudicare, donec Veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo. Penes ipsum de te sententiam ferendi potestas est. Qui autem ipsum iudicat, Dominus est. Ac rursum, Nolite iudicare: & non iudicabimini. Tu, quem debes, honorem ac venerationem redde, velut his verbis Paulus te admonet, Reddite omnibus debita: cui tributum tributum, cui honorem honorem. Fac, quæ regula poscit, expleas. Primitias frugum tuarum Ecclesiæ offer, non curiosius inquirens quonam pacto expendatur. Quod si iudicare tibi cordi est (id quod tibi minime permittitur) in animæ tuæ penu ingredi: nosce quæ in conscientia tua insint: hoc est, an non eadem perpetraris, an non adulterium aut stuprum admiseris, an non auaritiæ studueris, an non aliena eripueris, an non maledictis quenquam incesaueris, an non pereraueris, an non mendacio te obstrinxeris, denique an non quippiam eorum, quæ legibus diuinis interdicta sunt, egeris. Atque ita in præfectum tuum censuram tibi arripere non licet. Quocirca suas quisque actiones inspiciat, ac de proximo suo pronunciare superseadet. Quod si quis neglectis iis, quæ à me commemorata sunt, ad proximi accusationem linguam confert, mercedem ipse quoque suam primo quoque tempore expectet. Quæ enim quippiam proximo suo fecerit, hæc ipse etiam sese recepturum esse non dubitet, quemadmodum à Domino dictum est, Quæ mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis. Vnusquisque nostrum ad opera sua animum aduertat. De nostris ipsi vitis in cura & sollicitudine versentur: & de iis iudicium nobis ne arrogemus, de quibus iudicare minime iussi sumus. Cæterum ipse quoque sacerdos singulari erga plebem affectu esse debet, atque ante omnia pro eorum salute toto pectore Deum precari (quemadmodum dixit Dominus, Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis) laboranti opem ferre, merenti consolationem adhibere

Act. 23.

Exod. 22.

Rom. 14.

1. Cor. 4.

Mat. 7.

Rom. 13.

Mat. 7.

Io. 10.

A bere errantem in viam reducere, pauperem subleuare, acceptarum iniuriarum obliuisci. Siquidem eius, qui iniuriarum memoriam retinet, oratio Deo misere grata acceptaque est: mandante nimirum in ipsius pectore vitio. Nisi cum proximo tuo in gratiam resieris, ad altare ne pergas. Memento precepti Domini, Si offers munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ad altare, & vade, reconciliare fratri tuo: ac tum veniens offer munus tuum. Vt scenda iniuriæ studio ne tenearis: dolos ne moliaris, hoc est, ne alterum quidem deprimas, alterum autem subuehas: ne propter primarij subfellij honorem diuitem praeferas, pauperem autem contemptui habeas: verum æquabilitatem apud omnes serua. Accusationem ce-riter ne admittas: nec ex sola auditione ac rumore vnquam iudices. Multi quippe inuidia

B & similtate ad proximum accusandum impelluntur. Atque vt etiam aliquem peccasse certissimis argumentis comperis, cum tamen statim ante omnium oculos obiurgare noli: ne alioqui amplioem ei occasionem des neminem verendi. Duplex enim ex publica ob-
 iuratione malum oritur. Nam qui ita obiurgantur, fidenter iam ac libere peccandi po-
 testate sibi pariunt. Etenim qui peccat, quoadusq; obiurgetur, metuit, & erubescit: cum aut
 inspectantibus omnibus increpatur, impudicior efficitur. Qui enim obiurgatur, ignominia
 no ferentes, ad grauiora scelera sese conuertunt. Huiusmodi quippe ingenio est Satanas. Pec-
 catu perpetrare suadet: ac propter peccatu reprehensionis pudorem animis incutit. Quæ cum
 ita sint, ob hostiles hos laqueos ei, qui Christi gregem in fidem suscepit, danda opera est, vt
 lenem se præbeat, ac diligenter & studiosè primùm inquirat: ac si quem peccasse cõpe-
 rerit, non confestim eum ab Ecclesia expellat: ne arreptu eum diabolus sibi asciscat. Nam
 cum qui spiam ab Ecclesia eiicitur, statim eum Satanas assumit, nec prius ab eo abscedit,
 quam presbyter eum suscepit. Cum enim à Christianorum fraibus homo proscripius &
 exterminatus est, quandiu sciunctus manet, tandiu in Gentilium albo censetur. Quocir-
 ca priuatim eum nactus, increpa, obsecra, admone, non semel duntaxat, sed iterum ac ter-
 tio. Ac si quidem tibi dicto audientem se præbuerit, ipsius animam lucratus eris, quemad-
 modum dixit Scriptura, Qui conuertit fecerit hominem ab errore viae suæ, saluabit ani-
 mam ipsius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Sin autem post tertiam admo-
 nitionem dicto audiens esse, atque ad meliorem frugem se referre recuset, excinde eum abs-
 te, ac cum eo ne cibum quidem cape, quoad meliorem mentem induerit.

Duplex
 obiurga-
 tionis pu-
 blica in-
 comodū.
 s. mana
 versutia.
 Excom-
 nicati sūt
 tanquam
 Gentiles.
 Mat. 18.
 Iac. 5.

D De perfugio, & iis qui ad sacra loca profugiunt: & quod insontibus opem ferre, nocentes autem amandare oporteat.

C A P. XLVI.

I QVIS per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, Exod. 21.
 ab altari meo auelles eum, vt moriatur.
 Ne tradas feruum in manus domini: ne fortè maledicat tibi, & de- Pro.
 learis.

E Mulieri cuidam amplissimo loco natæ, cuius maritus haud pridem extremo vitæ die Na-
 functus fuerat, iudicis assessor vim afferebat, inuitamque ad nuptias pertraherebat. Illa rat. de Ba.
 autem, cum nulla ratione hanc vim effugere posset, consilium capit, non maioris audaciæ, sil.
 quam prudentiæ plenum. Ad sacram enim mensam confugit, Deumque aduersus impor-
 tunam hanc iniuriam propugnatores sibi asciscit. Quid igitur, per Trinitatem ipsam
 (vt iudiciali quoque dicendi genere nonnihil inter laudandum vtar) faciendum fuit,
 non dico magno Basilio, ac de his rebus leges alijs sancienti, sed alijs cuiuspiam longè illo in-
 feriori, dum tamen sacerdoti? Quid aliud, nisi vt eam assereret, retineret, omni cura
 tueretur, Dei clementiæ & legi, quæ altaribus honorem haberi iubet, manum porrige-
 ret, omnia denique prius faceret, & pateretur, quam vt inhumanus illum aduersus
 eam consilium iniret, sicque & sacrosanctâ mensam, & fidem etiam illam, cum qua sup-
 plicabat, contumelia afficeret? Nequaquam, inquit nouus iudex, sed omnes imperio meo
 A a

cedere, ac Christianos leges suas prodere oportet. Ille igitur supplicem deposcebat: hic omni vi retinebat. Ac proinde ille furore percitus, mittit denique magistratus quosdam, qui sancti viri cubiculum perscrutarentur, ignominie causa potius id faciens, quam quod eiusmodi quicquam necesse esset. Nec eo contentus, ipsum quoque insuper adesse, & causam dicere iubet: neque id placide & humane, sed quasi aliquem rei capitalis damnatum, &c.

Chryf. Quid est, charissime, quamobrem eo nomine stomacharis, quod ad Ecclesiam ille profugit, qui perpetuum cum ea bellum gessit? Imò verò hac potissimum de causa Deum gloria efferre conuenit, quod profugium illud, quod litteris ac legibus obstruxerat atque impediuerat, ipsemet reipsa abrogauit, cognitoque quod fecerat, suammet ipse legem, per ea quæ passus est, rescidit, factusque est orbis terrarum theatrum, tacitusque hinc vocem emittit, omnes his verbis admonens, Ne eadem perpetuis: ne eadem quoque patiamini: atque hoc ei calamitas attulit, vt veluti doctoris munere fungatur.

Iosephi. Si mortua atque anima expers statua hanc vim habet, vt ob eam formam, qua depicta & exculpta est, ijs qui ad se profugiunt, salutem afferat: quanto tandem magis sacrosanctum Dei domicilium, eos qui ad se opemque suam pie ac legitime confugiunt, fouere ac protegere debet? Neque enim fas est cum tyrannico fastu atque insolentia in loca non aduenda irrumperere, manûque robusta & audaci tanquam ex Dei manibus ac sinu per vim eos abstrahere moliri, qui in venerandum locum sese abdiderunt. Quin potius, etiamsi cædis crimine sese illi deuinxerint, tamen ei, qui omni honore dignus est, honorem tribuere oportet. Sin minus, at certe eos sanctè ac iuste assumere conari, ac non per seipsos, verum per aditnos potius ad eam rem immisos, eos capere.

De ciuitate impietate referta.

CAP. XLVII.

*Psal. 54.**Naum. 3.**Soph. 2.*

IDI iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.

In locis impiorum absumentur homines. Viri impij inflammantur ciuitatem. Non erit enarrator genti iniquæ. Væ ciuitas sanguinum, vniuersa mendacio & iniustitia plena.

Hæc est ciuitas gloriosa, habitans in confidentia: quæ dicebat in corde suo, Ego sum, & extra me non est amplius: quomodo facta est in desertum cubile bestiarum? Omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam.

Væ tibi ciuitas perpetrans mala. Iram meam ad gentem iniquam mittam. Ciuitas impiorum, in æternum non ædificaberis.

Isa. 1.

47.

Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo, Ego sum, & non est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Quomodo facta est in desolationem?

O ciuitas mendax ac prorsus tyrannica, & impia! miseria in perpetuum in ea audietur.

Ezech. 22.

Patrem & matrem contumeliis affecerunt in te: aduenam calumniati sunt in medio tui: pupillum & viduam contristauerunt apud te. Sanctuaria mea spreuisti, & sabbata mea polluisti. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem: scelus operati sunt in medio tui. Et vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominationem. Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem. Vfuram & superabundantiam acceperunt apud te: meique obliuisci sunt, ait Dominus.

Basilij

Ciuitates quædam sunt, varijs histrionum ac præstigiatorum spectaculis à summo diluculo ad vesperam vsque oculos pascentes, atque lacrimas quasdam ac prorsus corruptas cantanti-

A cantilenas, quæque multam in animis libidinem pariunt, quam diutissime sine ulla satietate audientes. Atque huiusmodi populos plerique fortunatos prædicant, quod relictis personibus negotiationibus, aut artibus ad vitam necessariis, per summam inertiam ac voluptatem constitutum sibi vitæ tempus traducant: illud scilicet ignorantes, orchestram impudicis spectaculis affluentem, communem ac publicam libidinis scholam ipsi esse, qui scenici illic vna sedent: atque modulatissimos tibiæ concentus, mæreticisq; cantiones audiendum animis insidentes, nihil aliud asserre, quam ut omnibus turpiter & obscenè se perniciosè gerere persuadent, citharæ dorum scilicet aut tibicinum pulsus imitantes.

Nonnulli eorum qui in sano equorum studio tenentur, in somnis etiam de equis concertant, currus in diuersum compingentes, & aurigas immutantes: ac denique à diurna stultitia ne in nocturnis quidem visis absistunt.


B Qui Circensibus ludis ac spectaculis oblectantur, circa aduersarios equorum cursus nax, o-
ita affecti sunt, ut exiliant, clament, puluerem in cælum mittant, sedentes habenas moderantur, aerem feriant, equos digitis, quasi stimulis, in alterum atque alterum latus subinde iungant (cum nihil horum in ipsorum potestate situm sit) facile inter se aurigas, equos, equorum stationes, certaminis duces permulent: idque quinam tandem tenuiores plerumque ac pauperes, & quibus ne in vnum quidem diem victus suppetit.

Qui Domini metu præditi sunt, Dominicum diem expectant, ut Deo preces adhibeant, ac corpore & sanguine Domini fruantur. Inertes & socordes Dominicum diem expectant, ut ab opere feriat, vitæ operam dent. Quod autem non mentiar, res ipsam se fidem faciunt. Alio die in medium prodi: & neminem inuenies. Die Dominico egredere: atque alios cithara canentes, alios applaudentes ac saltantes, alios sedentes, ac proximos maledictis insectantes, alios denique luctantes reperies. Præco ad Ecclesiam vocat: & omnes segnitie torpent, ac moras necluat. Cithara aut tuba personuit: & omnes tantum.

C quam alii instructi currunt, Ecclesie spectacula cernimus, Dominum Christum in mensa recumbentem prospicimus, Seraphinos ter sanctum hymnum canentes, Evangelicas voces, Spiritus sancti præsentiam, Prophetas resonantes, angelorum hymnum, Alleluia, omnia spiritualia, omnia salute digna, omnia cœleste regnum conciliantia. Hæc audit qui in Ecclesiam ingreditur. Quid autem cernit, qui ad theatra currit? Diabolicos cantus, mulierculas saltitantes, vel, ut rectius loquar, demonis intemperis agitas. Quid enim saltatrix facit? Caput, quod Paulus perpetuo regi iussit, impudenter aperit. Collum inuertit: comam huc atque illuc expandit. Hæc porro etiam ab ea sunt, quam demon obsessam tenet. Citharæ dorus autem, tanquam demon, cum ligno conflictatur. Tale nimirum Herodis quoque conuiuium erat. Herodiadis filia ingressa, tripudians, ac Ioannis baptistæ caput amputauit, & subterranea inferni loca hereditatis loco consecuta est. Quocirca qui choreas & saltationes amant, cum ea portionem habent. Væ his qui Dominico die cithara ludunt, aut operantur. Ad mercenariorum ac seruorum quietem hic dies concessus est. Hæc enim dies, inquit ille, quam fecit Dominus: exultemus, & latemur in ea. In-
greditur in domum tuam mercenarius, atque humeros suos operibus tuis subijcit. Labore ac sudore conteritur: nec ipsi respirandi, corporisque relaxandi potestatem facis.

E De venditione & emptione.

CAP. XLVIII.

 VI emit, non latetur: & qui vendit, non lugeat. Quia qui vendit, ad id quod vendidit, non reuertetur. Inter venditorem & emptorem conteretur peccatum.

De diuina castigatione, & ijs qui præclare eam ferunt.

CAP. XLIX.

Aa ij

- Deut.*
32. **C**OGNOSCES in corde tuo, quòd tanquam si quis castiget filium suum, sic Dominus Deus tuus castigabit te. Videte quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo.
- 1. Reg. 2.*
Dominus mortificat & viuificat: deducit ad inferos, & reducit.
- Iob. 1.*
Surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corripens in terram, adorauit, & dixit, Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Beatus homo qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes. Quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt.
- Psal. 2.*
17. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus: & pereatis de via iusta. Disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit.
29. 38. Quoniã ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius. In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem. Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradidit me. Bonum mihi, quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.
- Prov. 3.*
Disciplinam Domini, fili mi, ne abiicias: nec deficias, cum ab eo corripieris. Quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio complaceat sibi. Huiusmodi recipit disciplinam, in bonis erit.
- Soph. 3.*
3. Timete me, & accipite disciplinam: & non peribitis ex oculis terræ.
Esa. 50.
Cum furor iræ meæ exarserit, rursus sanabo. Disciplina Domini aperit aures meas. Propter peccatum non nihil contristauit eum, & percussit eum, & auertit faciem meam ab eo. Et contristatus est, & ambulauit mœstus in viis cordis sui. Vias eius vidi: & sanaui eum, & consolatus sum eum, & dedi ei consolationem veram. Ecce excoxi te non quasi argentum: elegi te in camino paupertatis.
- Hier. 6.*
48. Erudire Hierusalem, ne fortè recedat anima mea à te: ne fortè ponam te terram desertam inhabitabilem. Corripe me Domine: veruntamen in iudicio, & non in furore tuo: ne fortè ad nihilum redigas me. Filioli, patientes estote in ira quæ vobis superuenit.
- Sap. 11. 12.*
Parcis omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas. Ideoque eos, qui errant, paulatim corripis, & de quibus peccant admones: vt recedentes à malitia sua, credant in te Domine. Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes: & cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam.
- Ecl. 18.*
16. Misericordia Dei super omnem carnem. Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum: miseratur excipientes doctrinam. Qui metuit disciplinã, excipiet disciplinam. Misericordia & ira est apud ipsum: & iuxta magnam ipsius misericordiam, sic correptio quoque ipsius est.
- Heb. 12.*
Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filiis vobis offert se Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filij estis. Deinde patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerbamur eos. Num multò magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod vtile est, in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in præsentibus videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.

A Bonus Dominus, quod cuique conducit, hoc ei inuehit. Opes enim, malè ijs ventibus, Basil. Ho. 2
adimit: ut iniustitia eorum instrumentum debeat. Morbum ijs infert, quibus membris de- mi. Quod
bilitari atque astringi satius est, quam liberos ad peccandum impetus habere. Mortes por- Deus non
tò inducuntur, cum y vitæ termini expleri sunt, quos ipse ab initio cuique, prout ex ipsius est auctor
vilitate fore longè antè prospiciebat, constituit. Pestilentia denique, & siccitates atque mal.
inundationes, communes quædam sunt vrbium ac gentium plagæ, immodicam vitij gra-
uitatem coërcentes. Quemadmodum igitur medicus beneficij auctor censendus est, atque simile.
licet dolores & cruciatus corpori afferat, cum morbo tamen, non cum egroto pugnat: e-
dem modo bonus quoque est Deus, qui omnium salutem per priuata quorundam supplicia
procurat. Vrbium ac gentium morbi, aeris siccitates, ac terræ sterilitates, atque asperiores
casus, quibus quisque in vita conflictatur, vitij incrementum circuncidunt. Itaque huius- Calami-
modi mala diuinitus contingunt, ut verorum malorum origo tollatur. Siquidem & cor- tatumhu-
poris vexationes, & extrariæ asperitates ac molestiæ, peccati reprimendi causa excogi- manarum
tatae sunt. causa.

Discamus Deum conuersionis nostræ, negligentiaque pellendæ causa, plagas nobis im-
mittere: non nos exterendi atque opprimendi animo, sed corrigendi studio: quemadmo- simile.
dum scilicet probi patres erga seque filios facere consueuerunt. Etenim aduersus eos sto-
machantur, & insurgunt: non quòd illos malo vilo afficere studeant; sed ut eos à puerili
sordida, & iuuenilis ætatis vitijs ad curam ac diligentiam reuocent. Percutitur caro: ut
anima delectetur. Peccatum interficitur: ut iustitia viuat.

C Oculos in cælum erectos habeamus: omni tempore ac rerum statu bonam spem præfera- Na. ad
mus: neque vel in prosperis timorem, vel in aduersis spem abiciamus. Memores simus, Ciues
tum in tranquillitate, tempestatis, tum in tempestate, naucleri: nec turpiter & sœdè in as- Na. me-
spectionibus animo deficiamus, aut improbos seruos imitemur, qui benè merentem quidem tu percuss.
de se Dominum laudibus celebrant, Verùm eidem corripienti nequaquam pari studio & Aduer-
voluntate adiunguntur: cum tamen interdum accidat, ut dolor sanitate, & submonitio sitas pro-
remissione atque indulgentia, & visitatio neglectu, & castigatio venia melior sit ac speritate
præstabilior. sape vti-
lior est.

Prudentes sanè illi sunt, qui calamitatibus erudiuntur, & tanquam aurum, igne pur-
gati, dicunt, Bonum mihi quia humiliasti me: (quòd scilicet afflictio diuinarum iustifica- Psal. 118.
tionu cognitionem pariat) atque beneficij authorem per afflictionè sibi conciliant. Quan-
doquidem, ut Petrus ait, ægra anima Deo vicina est.

D Omnia, que diuinitus contingunt, cum gratiarum actione excipere oportet. Ex apo-
Proculdubio plaga mente præditis documentum efficitur: ac sæpe afflictio rebus secun- chrypho
dis præstat. quodã li-
bro hic lo-
cus cita-
tur: ut e-
tiã Orat.

Tu bonus es: at nos inique egimus. Tu lenis: at nos verberibus digni. Bonitatem tuam
agnoscimus, tametsi stolidi atque vacordes. Lenibus flagris pro peccatoru nostrorum atro-
citate affecti sumus. Tu terribilis: & quis resistet tibi? At timore tuo montes contremiscet: funeb. de
& magnitudini brachij tui quis resistet? Si cælum claueris, quis aperiet? Si solueris, quis laud. Ca-
cohibebit? Procline est in oculis tuis pauperem facere, & ditare, mortificare & viuificare, sarij.
percutere & sanare: tuæque voluntas absoluta est actio. Tu iratus es, & peccauius, ait Orat. in
ex veteribus quidam, confitens Deo. At ego in contrarium dico: Nos peccauius, & tu plag. grãd
iratus es. Idcirco vicinis nostris opprobrium facti sumus. Auertisti faciem tuã, & igno- Esa. 64.

E nomina obruti sumus. Verùm quiesce Domine, remitte Domine, propitius esto Domine. Ne
nos propter iniquitates nostras in finem tradas, nec per supplicia nostra alios erudias, cum
nobis aliorum cruciatibus erudiri liceat. Quorum tandem? Gentium que te non nouerunt, Psal. 78.
& regnoru, que imperio tuo parere decretauerunt. At nos populus tuus Domine, & vir-
ga hereditatis tuæ. Proinde castiga nos: Verùm in mansuetudine, ac non in ira tua: ne ad
paucitatem nos redigas, contemptissimosque omnium, qui terram habitant, reddas. ibid.

Refulgentem frameam noui, & gladium ebrum in cælo, qui iugulare, ad nihilum re- Ezech. 21.
digere, liberis denique ad ipsas vsque carnes & bare iubetur, ac ne medullis quidem osi- Esa. 34.
busque parcere. Legimus etiam anxie perplexæque vsæ more affectum eum, qui omni Deut. 32.
animi perturbatione vacat, pardique instar ad viam Assyriorum occurrentem, non eo- Esa. 10.
ose. 13.

rum tantum qui tum erant, sed eorum etiam qui vita peruersitate Assyrios referunt: nec
 vllam valentissimam & occisimamque ipsius ira fugienda rationem esse, cum ad vliscendas
 Naum. 2. impietates nostras inuigilauerit. Quid de concussione, & excussione atque ebullitione dica,
 cordis que cofractione, ac genuu dissolutione, atque eiusmodi suppliciis, qua impiis inferu-
 tur? Tales impiorum poena sunt: vt praestet nunc castigari atque purgari, quam ad futu-
 rum cruciatum transmitti.

Greg. Nihil maius nobis beneficium affert, quam pati.
 Nyss. Bonorum eoru, qua expectamus, flos est afflictio. Quocirca propter fructu florem quoq;
 Futuroru decerpamus. Nihil in nobis irato atq; infenso animo, verum omnia ad vtilitatem nostram
 bonorum agit Deus. Cruciatu y, qui nobis in hac vita a Deo inferuntur, futurorum tormentorum
 flos est af- partem haud exiguam succidunt. Etenim per eos dolores, quibus hic afficimur, vel peccata G
 flictio. expiamus, vel si non tot peccata habemus, splendidiore coronas accipimus.

Athana. Castigatio ea qua hic adhibetur, futurum iudicium leuius reddit. Et quidem non ma-
 lum est puniri: sed poenam promereri.

Dionys. Hoc nobis persuasum esse debet, nihil eorum, qua accidunt, citra Dei voluntatem eue-
 nire. Bona porro esse omnia ea, qua ab eo proficiuntur, etiam si alioqui graua & acerba sint.

Euseb. Deus eos, quos charos ac familiares habet, in hac vita iam castigando persequitur, si
 quid forte ipsi supplicio egeant: vt per breuem ac temporariam correptionem sempiternum
 in generali iudicio cruciatum effugere queant.

Theotimi. Non asperius aliquid pati, graue atque horrendum censi debet: sed merito pati.

Didymi. Non vliscendi, sed medendi animo, atque ad sanitatem animae comparandam Deus H
 afflictiones immittit.

Deus, qui mundum condidit, eumque consilio suo regit ac moderatur, omnia ad vtili-
 tatem nostram efficit: etiam si alioqui tristia & molesta sint, qua inferuntur.

Etsi acerba & grauis est Dei irata tamen, cum medendi vim habeat, eos, qui ipsam ex-
 periuntur, ad bonum prouehit.

Quemcumque Deus salute donare vult, hunc metu afficit, variisque modis cocutit, mo-
 lestiamque ei exhibet: ne sese ad fastum & arrogantiam excitandi spatium habeat: atque
 vt ex aliorum calamitatibus alij ad modestiam erudiantur.

Philonii. Beata ea natura est, qua omnia lato atque hilari animo excipit, nec vllis omnino re-
 rum euentibus discruciat, sed tanquam bonis & vtilibus acquiescit. I

De Dei castigatione, & eam respuentibus: & quod ij, qui hic minimè castigan-
 tur, ad aeternum supplicium transmittantur. CAP. L.

Agg. 2. **P**ERCUSSI vos vento vrente & aurugine, & grandine omni-
 a opera manuum vestrarum: & non fuit ex vobis qui re-
 uerteretur ad me, dicit Dominus.

Hier. 5. Domine, oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, & no-
 doluerunt: attriuisisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.
 Frustra percussi filios vestros: disciplinam non acceperunt.

Basil. Ne idem tibi, o homo, quod stultis pueris, vsu veniat, qui a magistro obiurgati, codices K
 illorum perfringunt: ac patre vtilitatis causa cibum ipsis offerre cunctante, vestem lace-
 rant, aut maternam faciem lancinant.

Orat. 1. de Nemo mæstitia laborans corona donatur, nec tristitia affectus trophæum statuit. Ne
 trun. supercilium demittas, cum tibi medicina adhibetur. Absurdum est animæ sanitate mini-
 mè letari.

Chryf. Non feriri graue est: sed plaga meliore non reddi, illud demum grauisimum censi debet.

1. Cor. 11. Peccatorum in hac vita impunitas, maioris in futuro æuo cruciatu causa efficitur. At-
 que hoc indicans Paulus, dicebat, Nunc autem, cum iudicamur, a Domino corripimur: vt
 non cum hoc mundo damnemur. Praesentes enim cruciatu admonitionis rationem habent:
 futuri autem poena.

Qui

A Qui multa peccata perpetrant, nec poenis ullis afficiuntur, in metu ac formidine versari debent. Per impunitatem enim supplicium eorum incrementum sumit.

Præsentis impunitas futuram poenam auget.

Cum improbe ac flagitiose viuentes, secunda omnia habemus, tum maxime discruciemur. Nam cum semper, dum peccamus, metu affici debemus: tum præsertim nobis extimescendum est, cum nihil aduersi patimur. Etenim cum Deus sigillarim poenas à nobis expectat, id agit, vt leuis nobis eorum persolutio sit.

Qui vitiorum sordibus prorsus infecti sunt, iis optatius esse debet puniri, quam venia donari. Venia enim eos, non secus atque nauigia quædam fundo carentia facile subuertit. At supplicium eos emendat, atque in meliorem viam reducit. Quocirca nos, quos scelerum nostrorum conscientia arguit, supplicibus precibus à Deo postulemus, vt de nobis potius poenasumat, quam impunitos relinquat.

B De diuina castigatione, quæ probandæ atque explorandæ virtutis causa sit. CAP. LI.



C VAE POSTQVAM gesta sunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit, Adsum. Ait illi, Tollè filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi. *Gen. 22.*

Recordare cuncti itineris, per quod te adduxit Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent, quæ in animo tuo versabantur, vtrum custodires illius mandata, an non. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu, & patres tui: vt ostenderet tibi quod non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei. Tentat vos Dominus Deus vester, vt palàm fiat vtrum diligatis eum, an non. *Deut. 8. 13.*

Num reiicio iudicium? Aut putas aliam ob causam oraculum tibi edidisse, quam vt iustus appareas? *Iob. 38.*

Probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. *Psal. 65.*

D Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. *Iac. 1.*

Cum Dei vocem Abraham audisset, Accipe filium tuum, & super vnum montium iugula eum, magna cum animi alacritate opus id exequatur. Etenim Sarâ vxorem suâ celauit, & pueros fefellit, atque filiolo duntaxat comitatus, ad montem conscendebat, non animo fractus, nec ignauia laborans. Cogites velim qualis tum beatus ille vir erat, ac cuiusmodi viscera induerat, cum solus solum filium alloqueretur. Nam tum præcordia vehementius incallescunt, ac vis amoris maiores flammæ concipit. Quenam orationis facultas senis illius robur animique magnitudinem exprimere queat: nempe quonam pacto eum, vinculis ipsius manibus ac pedibus, super ligna collocarit. Cum autem pueri faucibus feruum iam intincturus esset, duplicem vocem misericors ille Deus misit, Solue puerulum. Qui fieri potuit, vt manus non obrorpuerit? Vt nerui fracti, ac debilitati non fuerint? Vt non conciderit, pueruli faciem prospiciens? Videte senis fortitudinem. Etenim filium suum obrumcauit, si non manu, at certe animi studio ac promptitudine. *Chrysost.*

Non quisquis agrotat, ob peccatum in morbo versatur. Sunt enim, qui, vt eorum probitas eluceat, aut etiam ob vtilem aliam causam in calamitates coniciantur. *Didymi.*

Quandoquidem iidem casus peccatoribus ac iustis contingunt, non est existimandum omnes, qui in aduersitates aliquas inciderunt, ob antecedentem improbitatem, calamitates huiusmodi subiisse.

D. IOANN. DAMASCENI

De perseverantia: & quod ea sit, quæ opus absoluat.

CAP. LII.

Job. 14.
Luc. 11.



VT TA continua lapidem excauat.

18.

Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante eum: & ille deinceps respondens, dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum furgere, & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans: dico vobis, etsi non dabit illi surgens, eò quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen surget, & dabit illi quocumque habet necessarios. Iudex quidam erat in ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerbatur. Vidua autem erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduersario meo. Et nolebãt per multum tempus. Posthac autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem reueor, tamen quia mihi molesta est hæc vidua, vindicabo eam, ne in nouissimo veniens, fugillet me. Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicat. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum.

De homine fideli: & quod raro vir fidelis inueniri queat.

CAP. LIII.

Pro. 20. 28



IRVM fidelem inuenire difficile est. Vir fide dignus magnoperè benedicetur.

Didymi.

Rarum profectò est hominem nancisci, qui vna cum prudentia fidelitatem habeat.

De iis, qui in rebus vanis, atque humanis præsidii confidunt, ac non in Deo spem locant.

CAP. LIIII.

Job.
Psal. 51.



VDRE afficientur, qui in vrbibus & opibus confidunt.

Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicet, Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in iniquitate sua.

Pro. 11.

Qui confidit in diuitiis, hic corruet. Insuper seipso fretus, iungitur iniquo.

osee. 10.

Quia sperasti in curribus tuis, & in multitudine potentie tue, exurget perditio populo tuo, & omnia præsidia tua delebuntur, quemadmodum deletus est princeps Salman in die belli, & matrem cum filiis ad terram alliferunt.

Tribuitur

Habacuc.

sed falso.

Esa. 30.

Vltus es in potentia tua duces peccatorum, qui confidebant in arrogancia sua.

Væ qui dicis in corde tuo, Quis me detrahet in terram?

Vana fortitudo vestra facta est. Et nolulistis audire, sed dixistis, Super equos fugiemus.

Hier. 17.

Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius.

Ecl. 5.

Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui. Et ne dixeris, Quomodo potui? aut quis me subiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Ne delecteris in diuitiis tuis.

Cum

A Cum quis opes iniquis artibus collegit, atque hinc sibi robur ac potentiam conciliari censet, similis est agrotato, in morbi abundantia sanitatem suam esse statuenti. *Basil. simile.*

Qui spem in seipso locat, periculum est ne in hanc maledictionem incidat, Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Quibus videlicet verbis Scriptura, ne quis in seipso fiduciam ponat, interdicit, atque Vtrumque defectionem à Deo appellat: ac tandem eum ut myricam in deserto fore ait, nec bona visurum. *Hier. 17.*

Qui manibus ingreditur, impurus est. Manibus porrò graditur, qui manibus innititur, atque omnem in ipsis fiduciam positam habet.

Nemo eorum, qui minimè in Deo sperant, ratione prædita natura est: quandoquidem solus is, qui spe præditus est, homo dici debet. Itaque è contrario nomen hominis obtinere non potest, qui spe caret.

De animis vagis, ac distractis.

CAP. LV.

V IDETE quoniam omnes excæcati sunt, & non cognouerunt prudentiam. Canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormiètes, & amantes fomnia. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viam suam decimauerunt, vniufcuique ad auaritiam suam. *Esa. 56.*

Inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Filius oberans confundit matrem suam. *Sap. 4.*

Peculiaris hic morbus est desidus & ignaua anima, vigilate corpore in somnia videre. *Basil.*

De condolentia & commiseratione.

CAP. LVI.

V I AD commiserationem propensus est, misericordiam cõsequetur. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrimarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiaë populi mei? Eitote misericordes, quæadmodum & pater vester misericors est. *Pro. 22. Hier. 9. Luc. 6.*

D Qui salutis proximi sui causa calentes lachrimas profudit, ex eo quòd fratris vicem deplorauit, seipsum sanauit. *Basil.*

Iis, qui in dolore versantur, solatium affert gemituum societas.

Magnum ei, qui calamitate aliqua afficitur, remedium est commiseratio ab imo pectore allata: atque serio ac sincero animo condolere, magna ex parte calamitatem leuat. *Na. 7.*

Magnum dolori medicamentum ab iis accipitur, qui dolentibus condolèscunt.

Condolentia ad mitigandum dolorem satis virium habet.

Calamitates misericordia non odio prosequi conuenit.

Didicimus, cum homines simus, hominum calamitatibus commoueri. *Dionys.*

E

De mediocri statu.

CAP. LVII.

M EL inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne fortè satiat, euomas illud. Noli esse iustus multum: neque plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas. Ne impiè agas multum: & noli esse durus: ne moriaris in tempore non tuo. *Pro. 25. Eccl. 7.*

Pondus super te nõ tollas.

Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. *Iac. 3.*

Nemo sapientior sit, quàm conueniat, nec lege æquior, nec luce splendidior, nec regula rectior, nec diuino mandato sublimior. *Na. 10. rat. de moder. disp.*

Simile. Sapientia quoque est seipsum nosse, ac non immodicè efferrì, nec perinde ut voces affi-
ci, quæ si immoderatus coprendantur, prorsus deficiunt.

ibid. Hæc cum nobis explorata sint, fratres, demus operam, ne ad bonum torpescamus, sed
in omni- spiritu ferueamus (ne alioqui paulatim in mortè obdormiamus, aut dormientibus nobis per-
niciosam zizaniam hostis superferat. Ignauia enim & segnities somno coniuncta est) nec rur-
sus cum temeritate & cæco nostri amore inferuescamus, ne in transuersum abripiamur,
tenendus viâ; regia excidamus, atque in horum alterum necessario incidamus, nempe ut vel cal-
cipibus propter tarditatem opus habeamus, vel propter temerarium animorum impetum
in præcepis ruamus. Quin potius curam adhibeamus, ut vtriusque vtilitatem colligamus,
illius nimirum lenitatem & moderationem, huius zelum, vtriusque rursum vitium su-
giamus, hoc est illius veterosam pigritiam, huius verò temeritatem. Hac ratione fiet, ut
nec ob defectum sterilem & infrugiferi simus, nec propter excessum periclitemur. Quam
enim inutilis est iners ac supina segnities, tam inutilis est stulta acrimonia: illa à bonis &
honestis actionibus refugiens, hæc easdè præteriens, ac dextro dexterius aliquid cõstituens.

ibid. Præstat, id quod per facultates licet, offerre, quàm officio penitus deesse. Non enim qui
huiusmodi res non potuit, in culpa est: sed qui noluit, crimini ac pænæ obnoxius est, siue de
diuinis rebus loquamur, siue de humanis.

Nec segniorem, quàm par sit, esse bonum est, nec acriorem: ita ut vel per nimiam faci-
litatem ac lenitatem ad omnes te adiungas, aut per temeritatem ab omnibus te remoueas.
Aequè enim & iners est segnities, & lenitas atque inconstantia societatis expers.

Modus omnis optimus.

Chryf. Huiusmodi est Christi sapiëntia: quippè quæ nec minus quàm par sit, nec amplius quàm
conueniat, dimicare permittat: sed vbiq; modum ac mediocritatem custodiat.

Isidor. Moderatus sit virtutis labor: ne modum excedat mutatio.

De sapientibus ac prudentibus viris: & quòd eos semper ad iuuandum
promptos esse oporteat. CAP. LVIII.

Sap. 7. **S**APIENTIAM sine fictione didici, & sine inuidia communico, & di-
uitias illius non abscondo.

Ecli. 41. **M**ultitudo sapientium, salus mundi.
20. Melior est homo, qui abscondit stultitiam suam, quàm homo, qui
abscondit sapientiam suam. Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ uti-
litas in vtrisque?

Mat. 10. Gratis accepistis: gratis date.

1. Pet. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscèti vos rationem de ea, quæ in vo-
bis est spe: sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam.

Basil. Proditionis periculum est, si quis de rebus diuinis ab iis interrogatus, qui Dei amore
præditi sunt, non promptè atque impigrè responsum dat.

De consuetudine. CAP. LIX.

Sap. 14. **E**T VSTATE confirmata impia consuetudo, tanquam lex custo-
dita est.

Homo, qui assueuerit sermonibus probrosis, in omnibus diebus
vitæ suæ non erudietur.

Basil. Multi antiqua consuetudine detenti ac superati, spurcitiem & abominationem eorum,
Etia brutæ que sunt, non agnoscunt.

ta animã Disiunctio a rebus vsitatis & familiaribus, brutis etiam animantibus est acerbissima.
tia agrè à Ipse equidem bouem aliquando vidi in præsepio collachrimantem, cum is, quem pabuli ac
iugis

A Cum quis opes iniquis artibus collegit, atque hinc sibi robur ac potentiam conciliari censeat, similis est agrotato, in morbi abundantia sanitatem suam esse statuenti. *Basil. simile.*

Qui spem in seipso locat, periculum est ne in hanc maledictionem incidat, Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Quibus videlicet verbis Scriptura, ne quis in seipso fiduciam ponat, interdicit, atque Vtrumque defectionem à Deo appellat: ac tandem eum ut myricam in deserto fore ait, nec bona visurum. *Hier. 17.*

Qui manibus ingreditur, impurus est. Manibus porrò graditur, qui manibus innititur, atque omnem in ipsis fiduciam positam habet.

Nemo eorum, qui minimè in Deo sperant, ratione prædita natura est: quandoquidem solus is, qui spe præditus est, homo dici debet. Itaque è contrario nomen hominis obtinere non potest, qui spe caret.

De animis vagis, ac distractis.

CAP. LV.

VIDE TE quoniam omnes excæcati sunt, & non cognouerunt prudentiam. Canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormiètes, & amantes fomnia. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viam suam decimauerunt, vniufcuique ad auaritiam suam. *Esa. 56.*

Inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Filius oberans confundit matrem suam. *Sap. 4.*

Peculiaris hic morbus est desidus & ignaua anima, vigilate corpore in somnia videre. *Basil.*

De condolentia & commiseratione.

CAP. LVI.

VI AD commiserationem propensus est, misericordiam cõsequetur. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrimarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiaë populi mei? Et tunc misericordes, quæadmodum & pater vester misericors est. *Pro. 22. Hier. 9. Luc. 6.*

D Qui salutis proximi sui causa calentes lachrimas profudit, ex eo quòd fratris vicem deplorauit, seipsum sanauit. *Basil.*

Iis, qui in dolore versantur, solatium affert gemituum societas.

Magnum ei, qui calamitate aliqua afficitur, remedium est commiseratio ab imo pectore allata: atque serio ac sincero animo condolere, magna ex parte calamitatem leuat. *Na. 7.*

Magnum dolori medicamentum ab iis accipitur, qui dolentibus condolèscunt.

Condolentia ad mitigandum dolorem satis virium habet.

Calamitates misericordia non odio prosequi conuenit.

Didicimus, cum homines simus, hominum calamitatibus commoueri. *Dionys.*

E

De mediocri statu.

CAP. LVII.

MEL inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne fortè satiat, euomas illud. Noli esse iustus multum: neque plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas. Ne impiè agas multum: & noli esse durus: ne moriaris in tempore non tuo. *Pro. 25. Eccl. 7.*

Pondus super te nõ tollas.

Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. *Iac. 3.*

Nemo sapientior sit, quàm conueniat, nec lege æquior, nec luce splendidior, nec regula rectior, nec diuino mandato sublimior. *Na. 10. rat. de moder. disp.*

Simile. Sapientia quoque est seipsum nosse, ac non immodicè efferrì, nec perinde ut voces affi-
ci, quæ si immoderatus copendantur, prorsus deficiunt.

ibid. Hæc cum nobis explorata sint, fratres, demus operam, ne ad bonum torpescamus, sed
in omni- spiritu ferueamus (ne alioqui paulatim in mortè obdormiamus, aut dormientibus nobis per-
niciosam zizaniam hostis superferat. Ignauia enim & segnities somno coniuncta est) nec rur-
sus cum temeritate & cæco nostri amore inferuescamus, ne in transuersum abripiamur,
tenendus viâ; regia excidamus, atque in horum alterum necessario incidamus, nempe ut vel cal-
cipibus propter tarditatem opus habeamus, vel propter temerarium animorum impetum
modus. in præcepis ruamus. Quin potius curam adhibeamus, ut vtriusque vtilitatem colligamus,
illius nimirum lenitatem & moderationem, huius zelum, vtriusque rursum vitium su-
giamus, hoc est illius veterosam pigritiam, huius verò temeritatem. Hac ratione fiet, ut
nec ob defectum sterilem & infrugiferi simus, nec propter excessum periclitemur. Quam
enim inutilis est iners ac supina segnities, tam inutilis est stulta acrimonia: illa à bonis &
honestis actionibus refugiens, hæc easdè præteriens, ac dextro dexterius aliquid cõstituens.

ibid. Præstat, id quod per facultates licet, offerre, quàm officio penitus deesse. Non enim qui
huiusmodi res non potuit, in culpa est: sed qui noluit, crimini ac pænæ obnoxius est, siue de
diuinis rebus loquamur, siue de humanis.

Nec segniorem, quàm par sit, esse bonum est, nec acriorem: ita ut vel per nimiam faci-
litatem ac lenitatem ad omnes te adiungas, aut per temeritatem ab omnibus te remoueas.
Aequè enim & iners est segnities, & lenitas atque inconstantia societatis expers.

Modus omnis optimus.

Chryf. Huiusmodi est Christi sapiëntia: quippè quæ nec minus quàm par sit, nec amplius quàm
conueniat, dimicare permittat: sed vbiq; modum ac mediocritatem custodiat.

Isidor. Moderatus sit virtutis labor: ne modum excedat mutatio.

De sapientibus ac prudentibus viris: & quòd eos semper ad iuuandum
promptos esse oporteat. CAP. LVIII.

Sap. 7. **S**APIENTIAM sine fictione didici, & sine inuidia communico, & di-
uitias illius non abscondo.

Ecli. 41. **M**ultitudo sapientium, salus mundi.
20. Melior est homo, qui abscondit stultitiam suam, quàm homo, qui
abscondit sapientiam suam. Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ uti-
litas in vtrisque?

Mat. 10. Gratis accepistis: gratis date.

1. Pet. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscèti vos rationem de ea, quæ in vo-
bis est spe: sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam.

Basil. Proditionis periculum est, si quis de rebus diuinis ab iis interrogatus, qui Dei amore
præditi sunt, non promptè atque impigèrè responsum dat.

De consuetudine. CAP. LIX.

Sap. 14. **E**T VSTATE confirmata impia consuetudo, tanquam lex custo-
dita est.

Homo, qui assueuerit sermonibus probrosis, in omnibus diebus
vitæ suæ non erudietur.

Basil. Multi antiqua consuetudine detenti ac superati, spurcitiem & abominationem eorum,
Etia br- que sunt, non agnoscunt.

ta animã Disiunctio a rebus vsitatis & familiaribus, brutis etiam animantibus est acerbissima.
tia agrè à Ipse equidem bouem aliquando vidi in præsepio collachrimantem, cum is, quem pabuli ac
iugis

A ingi socium habebat, morte extinctus fuisset. Ac reliqua etiam animantia, quæ ratione carerent, ea, quibus assueverunt, arctissime complectuntur. se inuicem diuicem

Sedulo ac studiose in peccatis immorari, eiusmodi quendam habitum in animis gignit, qui egre submoueri potest. Inueteratus enim animæ mos, ac vitij studium, temporis longinquitate confirmatum, vix, aut etiam nullo modo curari potest; quippe cum cōsuetudo in naturam ut plurimum migret.

Improbiorum sermonum consuetudo via est ad res ipsas.

Consuetudo, vetustate corroborata, naturæ vim assumit.

Vitia ea, quæ vetustate robur collegerunt, spatio quodam temporis ad emendationem indigent.

B Mos, tempore confirmatus, legis instar habitus est. Nax.

Non facile est ea, quæ consuetudine ac longo tempore culta atque honori habita sunt, conuellere & immutare.

Peccandi consuetudo animam eò prolapsam ad deteriora semper ducit. Chryso.

Magna consuetudinis vis est ad retinendam animam, nec sinendam eam ad pristinum virtutis habitum rursus assurgere. Habitus enim ex consuetudine, natura ex habitu comparatur. Naturam porro immouere, atque immutare difficile est. Nili.

Morbi, quibus diuturno tempore quispiam assuevit, vix iam omnino, aut etiam ne vix quidem depelli ac profligari possunt.

Non facile est animam errore occupatam de sententia deducere.

C Repentina omnium rerum in contraria mutationes periculosissima sunt: ac præsertim cùm vires ea, quæ molestiam afferunt, temporis diuturnitate robur contraxerunt. Philonis.

De iis, qui consiliis obtemperant.

CAP. LX.



D VM AVDISSET Iethro omnia, quæ agebat Moyfes in populo, ait, Quid est hoc quod facis in plebe? Cur solus sedes, & omnis populus prætolatur de manè vsque ad vesperam? Cui respondit Moyfes, Venit ad me populus querens sententiam Dei. Cùmque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me, ut iudicem inter eos, & ostendam præcepta Dei, & leges eius. At ille, Exod. 18

Non bonam rem facis: stulto labore consumeris, & tu, & populus iste, qui tecum est: ultra vires tuas est negotium: solus id non poteris sustinere. Sed audi verba mea atque consilia, & erit Dominus tecum. Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, ut referas quæ dicuntur ad eum: ostendâsque populo ceremonias, & ritum colendi. Prouide autem de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum in omni tempore: quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tatummodò iudicent: leuiusque sit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris sustentare: & omnis populus hic reuertetur ad loca sua cum pace.

Dixit Saul ad puerum, qui erat cum eo: Veni, & reuertamur, ne fortè dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis. Qui ait, Ecce vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, si fortè indicet nobis de via nostra propter quam venimus. 1. Reg. 9.

Dixit Nathan ad Bethsabee matrem Salomonis, Num audisti, quia regnauerit Adonias, & Dominus noster Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni, accipe consilium à me, & salua animam tuam, filiisque tui Salomonis. Vade, & ingredere ad regem Dauid, & dic ei, Nonne tu, Domine mi rex, iurasti mihi ancillæ tuæ, dicens, Quòd Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in folio meo? Quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam post 3. Reg. 1.

te, & cōplebo sermones tuos. Ingressa est itaq; Bethsabee ad regē in cubiculo, &c. **F**
 Qui audit increpationes vitæ, in medio sapientium demorabitur. Qui ob-
 temperat, consiliis, sapiens est. Qui custodit redargutiones, gloria afficitur.
 Qui custodit increpationes, amat animam suam. Qui custodit increpationes,
 sapientiam consequetur. Si argueris hominem prudentē, inuenies sensum.

Basil. Non conuenit hucusque duntaxat oratione progredi, ut peccantem coarguas. Hoc enim
 Non satis demidia tantum medicinæ pars est. Etenim morbi magnitudinem ægrotanti ostendere, ut
 est ægrotum depellendo malo, quam par sit, curam adhibeat, vtile quidem est: at hic eum relinquere, nec
 morbum ostendere. ad sanitatem velut porrecta manu ducere, nihil aliud fuerit, quam eum, qui ægrotat, mor-
 bo opprimendum deserere. **G**

Nāz. in Oculus tuetur cætera: at se non videt:
Tetrast. Ac ne quidem cætera, nimis si cæcurit.

Ergo monitorem rebus in cunctis habe.

Manus requirit nam manum, pes & pedem.

Viri excelsi animo præditi hoc est, amicorum potius libertate, quam inimicorum af-
 sentatione delectari.

De iis, qui consilia respuunt, ac reprehendi molestè ferunt.

C A P. L X I.

H

2. Reg. 24.

DIXIT rex ad Ioab principem exercitus sui, Perambula omnes
 tribus Israël à Dan vsque Bersabee, & numerate populum. Di-
 xitque Ioab regi, Quid sibi Dominus meus rex vult in re hu-
 iusmodi? Obtinuit autem sermo regis, &c.

Scholium.

Sciendum est Dauidem, quòd consilium repudiasset, septuaginta
 hominum millia amisisse.

Pro. 9.

15.

Noli arguere derisorem, ne oderit te. Qui arguit derisorem, ipse iniuriam sibi
 facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat. Qui increpationes odit, mo-
 nietur turpiter. Non amabit stultus eos, qui se arguunt.

Amos. 5.

In aures stulti nihil dic: ne fortè subfannet prudentes sermones tuos.
 Odio habuerunt corripientem in porta. Omnes arguentes in portis infe-
 ctati sunt.

Mat. 18.

Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si
 te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum ad-
 huc vnum vel duos, ut in ore duorum aut trium stet omne verbum. Quòd si
 non audierit eos, dic Ecclesie. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Eth-
 nicus & Publicanus.

Basil.

Homo, qui aliorum consilio vti recusat, nauis est gubernaculi expers. Qui medicinam
 sibi à fratre adnotam repudiat, sibi ipse repugnat. **K**

Anima omnis, quæ admonitionem respuit, incurabilis est.

Nāz.

O singularem stuporem, aut si quod aliud aptius vocabulum huic vitio tribui potest!
 Quos tanquam bene de nobis meritos amare oportebat, eos tanquam hostes vlciscimur, odio

Amos. 5.

videlicet habentes eos, qui in portis arguunt, ac pium sermonem execrantes. Atque ita de-
 mum iis, qui benevolentia erga nos affecti sunt, grauius bellum illaturos nos existimamus,
 si nos ipsos quamplurimis malis mulctauerimus: peri de videlicet atque ij, qui carnes suas
 commordentes, aliorum carnes arrodere sibi videntur.

De castigatione: & quòd alienis malis castigari debeamus.

C A P. L X I I.

Auferes

A **V**FERES malum de medio tui: vt audientes ceteri timorē habeant. *Deut. 19.*



Proximorum plaga castigari atque emendari oportet: ac per aliena mala, Na. suis rebus probē consulere.

Ex alienis calamitatibus hoc commodi capiendum est, vt nostris rebus re- Etē prospiciamus.

Melior esto, alienis malis emendatus.

Pœna sæpè quidem eos quoque, qui peccant, castigat ac meliores reddit: sin minus, ac certè eos, qui propius ad ipsos accedunt. Etenim aliorum cruciatus multos ad meliorem frugem conuertunt, metuentes videlicet, ne eadem patiantur.

B *De studio: & quod Deo minimè fauente omne studium inutile sit.*

CAP. LXIII.



DOMINO gressus hominis diriguntur. Nisi Dominus *Ps. 36. 126* ædificauerit domū, in vanum laborauerunt qui ædificāt eam.

A Domino diriguntur gressus hominis. Equus paratur *Pro. 20. 21* ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit.

Scio Domine, quia non est hominis via eius: nec viri est vt *Hier. 10.* ambulet, & dirigat gressus suos.

C *Est homo laborans & festinans: & tantò magis non abun-* *Eccl. 11.*
dabit. Est homo marcidus, egens auxilio, deficiens virtute, & abundans pau-
peritate. Et oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius,
& exaltauit caput eius: & mirati sunt in eo multi, & honorauerunt Deum,
Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. *Rom. 9.*

Sine Dei indulgentia & fauore fieri non potest, vt quispiam se ad honestum & lau- Basil.
dabile vita genus conferat.

Pulcherrima quæque atque optima eligere, ac velle & studere, omnemque laborem sus- Chryso.
ferre, propositi nostri est: at eadem ad finem perducere, nec dilabi sinere, sed ad metā ipsam *Nota ad-*
virtutum peruenire, superna gratia est. Virtutem enim Deus nobiscum partitus est: ac nec *uersus li-*
eam omnium in nostra potestate reliquit, ne in arrogantiam attollamur: nec rursus eam ipse *beri arbi-*
prorsus assumpsit, ne in socordiam declinemus: verum nonnulla parte laboribus nostris re- *trij oppu-*
licta, maiori ex parte ipse eam præstat atque absoluit. *gnatores.*

Omnis probæ actionis initium in nostra voluntate consistit: finis autem in Deo.

*Volentibus quidem animis nostris Deus fauorem suum adiungit. Si autem animi prom-
ptitudo desit, Spiritus quoque diuinitus concessus sese contrahit, ac subducit.*

*Nihil in mortalibus est propriè vtile, ac verè laudabile, quod non diuinitus ipsis con-
cedatur.*

De mundana sapientia.

CAP. LXIIII.

E **P**ERDAM sapientes de Idumæa, dicit Dominus. *Abd. 1.*



Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo.

Confusi sunt sapientes, perterriti, & capti sunt: verbum *Hier. 8.*
enim Domini proiecerunt.

Filij Agar exquirunt prudentiam, quæ de terra est: nego- *Baruc. 3.*
tatores terræ & Theman, & fabulatores, & exquisitores pru-
dentia & intelligentia: viam autem sapientia nescierunt, neque commemorati
sunt femitas eius.

Errant Deum quærentes, & volentes inuenire. Etenim cum in operibus illius *Sap. 13.*
conuerterentur, inquirunt, & per-suasum habent, quoniam bona sunt, quæ viden-
B b

tur. Iterum autem nec his debet ignosci. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent aestimare seculum, quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt? Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est.

1. Cor. 1. Scriptum est, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Vbi sapiens? vbi Scriba? vbi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Quoniam enim in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.

1ac. 3. Si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. Non est enim ista sapientia desursum descendens: sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio: ibi inconstantia & omne opus prauum. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione. Fructus autem iustitiæ in pace seminatur, facientibus pacem.

Basil. Rhetorica, & Poëtica, & argutarum captionum inuentio, multos occupauit: quarum materia falsum est. Nam neque Poëtica sine fabula consistere potest, nec eloquentia sine dicendi artificio, nec sophistica sine captiosis argumentis.

Mundana sapientia abundantia grauis & acerba condemnationis incrementum ipsis afferet: quippe qui, cum in rebus vanis perspicaces essent, ultra in indaganda veritatis cognitione caligarint.

Hom. 8. in Hexa. Quinam noctuis similes sint. Nat. Orat. in plag. græ. Noctua oculis similes sunt, qui in inani sapientia studium atque operam posuerunt. Etenim ut illius oculi noctu valent, interdiu autem obscurantur: sic horum animus ad rerum verarum speculationem acutissimus est: ad veram autem lucis cognitionem hebes & cæcus. Prima sapientia est, sapientiam in verbis & dictionum argutis & fucatis, minimèque necessariis disputationibus sitam pro nihilo ducere. Atque utinam mihi potius quinque verba prudenter eloqui contingat, quam sexcenta in lingua & voce tubæ obscura & incerta, quæ militem meum ad spirituale bellum excitare nequeat. Hanc ego sapientiam laudo, hæc complector, cuius ope ignobiles ita se gesserunt, ut summam laudem, gloriâque consequerentur: ad quam viles & contempti homunculi ceteris prelati sunt: cum qua piscatores

universum orbem Euangelij retibus cinxerunt, ac perfecto illo & contracto verbo fluxam euandamque sapientiam profligarunt. Nec enim qui sermonum sapientiam sibi comparauit, hic protinus apud me sapiens est, nec qui volubilem ac versatilem linguam habet, ceterum imperitum animum, illis utique sepulcris non absimilis, quæ quamuis externa pulchritudine atque elegantia niteant, interne tamen cadaueribus scatent, multumque foetorem tegunt: verum is demum mihi sapiens videtur, qui pauca quidem de virtute verba facit, ceterum per actiones ipsas multa demonstrat, ac per vitam integritatem orationi fidem autoritatèque conciliat. Præstantior meo quidem iudicio existimanda est pulchritudo ea, quæ oculis cernitur, quam quæ sermonis penicillo pingitur: & diuitiæ, quas manibus tenemus, quam quas somnij errore nobis fingimus: & sapientia quæ operibus indicatur, quam quæ verbis splendet. Intellectus enim bonus, inquit ille, facientibus eum: facientibus, inquam, non autem duntaxat prædicantibus.

Qui doctrinarum studiis operam datis, ne nimium fiducia in doctrina ponatis, nec præter quam ratio poscat, sapientes sitis. Qui eruditi & litterati estis, quonam tandem pacto eruditorum nomen obtinere queatis, primario Verbo carentes?

Didymi. Licet nonnunquam vtilitatis causa doctrinam alienam ad breue tempus attingere, atque ad propriam amplexandam rursus se referre. Verbi gratia: Grammatica mulier aliena est. Cum ea commercium aliquanti sper habere commodum est, propter lectionis artificium & acumen. Eodem modo cum Rhetorica, ob sermonis robur ac seriem. Atque item cum Philosophia: quò fides iis astrui possit, quæ repugnare videntur. Posteaquam autem tanquam ex Aegypcia Agar, ancilla Saræ, quæ libera est & princeps atque ipsamet sapientia, liberos susceperimus, ad sapientiam, quæ iam inde à iuuenili ætate libera, ac diuino munere concessa

A concessa est, nos conuertamus: vt ex ea quoq; liberos gignamus, hoc est, non iam, vt ab ancilla, disciplinas in sensum cadentes, sed, vt ab ingenia & perfecta, sapientia & prudentia.

De scandalis: & quod ea fugienda sint. CAP. LXV.



B S T V V M abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi. *psal. 49. 140.*

Væ mundo à scandalis. Necessè est enim vt veniant scandala: vā autem homini illi, per quem scandalum venit. Si autē manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te: bonum tibi est vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. *Mat. 18.*

Quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis, qui in me credunt, bonum est ei magis, si circumdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. *Mar. 9.*

Videte ne licetia vestra offendiculum fiat infirmis. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum: ne fratrem meum scandalizem. *1. Cor. 8.*

C Sine offensione estote Iudæis & Gentibus, & Ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis: vt salui fiant. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. *1. Cor. 10.*

Præclare cum eo agitur, qui nec peccando, nec suspitione laborando, quandiu fieri potest, ac ratio sinit, offensionis scandalique materiam multitudini præbet: quippe cum, is etiam, qui vnum ex paruis offenderint, quàm certa, quàmque atrox & acerba, ab eo, qui mentiri nescit, poena constituta sit, non ignoremus. *Nax. in Apolog.*

De carnalibus hominibus. CAP. LXVI.



D O N P E R M A N E B I T spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum. *Gen. 6.*

Quod natum est ex carne, caro est. Qui de terra est, de terra loquitur. *10. 3.*

Spiritu ambulate: & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi aduersantur. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, rixæ, iræ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnū Dei non consequentur. *Gal. 5.*

E Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. *1. Cor. 15. Rem. 8.*

Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt. qui verò secundum spiritū sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt. Nam prudentia carnis mors est: prudentia autē spiritus, vita, & pax. Quoniā sapiētia carnis inimica est Deo: legi enim Dei nō est subiecta: nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.

Qui carnales sunt, spiritualia facere non possunt: nec qui spirituales sunt, carnalia. Carnalis homo, mentem ad contemplationem minime exercitatum habens, vel potius eam in carnis affectu, tanquam in cæno, defosam gerens, spirituale veritatis lumen proficere nequit. *Ignat. Basil.*

Imperiti, ac mundi amore capti homines, boni naturam ignorantes, ea, quæ nullius præ-

D. IOANN. DAMASCENI

ty sunt, beata existimant, hoc est diuitias, sanitatem, Vitæ splendorem: quorum nihil sua-
 ptē natura bonum est: non eō duntaxat, quod facile in contrarium immutantur, sed etiam
 quia possessores suos bonos efficere nequeunt. Ecquis enim ob diuitias bonus est? Ecquis ob
 commodam valetudinem temperans? Contra potius vsu sepe venit, vt quodlibet horum,
 iis, qui malè vtuntur, ad peccatum inferuiat.

*Mat. in Apo-
log.* Quisnam eorum, qui in peccato prouoluti sunt, in cœlum ascendet? Quisnam terrena
 caligine, carnisque crassitie adhuc obuolutus, tota mente totam Mentem purè prospiciet, ac
 rebus firmis, & ab oculorum aspectu remotis, dum adhuc in rebus instabilibus, atque in a-
 spectum cadētibz versatur, miscebitur? Vix enim hīc quisquam, quamlibet apprimè pur-
 gatus, ipsum etiam veri simulacrum contueri queat, tanquam scilicet Solem in aquis.

Nili. Qui neglecta anima corporis curam gerunt, ei similes sunt, qui luto ac cœno oculos illi-
 Quibus si- nit, aqua autem pura pedes suos abluit.

*miles cor-
porū serui.
Didymi.* Quamuis mortalium omnium vna atque eadem animæ natura, atque item vna carnis
 substantia sit, tamen alij carnales dicuntur, alij peccati serui, alij à peccato liberi, alij in
 carne, alij non in carne (tametsi carnem habeant) sed in spiritu, alii autem viuentes qui-
 dem in Christo, mortui autem peccato, alii viuentes quidem peccato, mortui autem Chri-
 sto. Ac rursum aliis brutorum animantium nomina tributa sunt, vel cicurum, vel contra-
 ferorum atque agrestium, prout videlicet moribus comparati sunt.

De proborum virorum paucitate ac sterilitate.

CAP. LXVII.

H

*Psal. 11.
13.* **S**ALVA me Domine, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ
 sunt veritates à filiis hominum. Dominus de cœlo prospexit super
 filios hominum, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum.

Osce. 9. Quasi vas in deserto inueni Israël: quasi prima poma ficulneæ.

Mich. 7. Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ:
 non est botrus ad comedendum. Perit sanctus de terra, & rectus in hominibus
 non est.

Hier. 49. Non est sapientia in Theman. Perit consilium à filiis: inutilis facta est sapien-
 tia eorum.

Incerti. Contractum ac rarum est bonum.

De concilio: & quòd coactò ad audiendum concilio, minimè confabulari
 oporteat.

CAP. LXVIII.

Prou. 22. **E**ST pestilentem è concilio: & vnà cum eo iurgium excedet. Cùm
 enim sederit in concilio, omnes contemnet. Vt quid considera-
 tiones, si non honorant concilia? In cordibus consultantium ma-
 net consilium: non parebit malus ei, neque boni aliquid & appositi
 dicet in tempore.

Eclli. Altero loquēte, ne multa verba effutias. Vbi auditio est, ne verba effundas.

De iis, quæ præter rationem eueniunt.

CAP. LXIX.

Eclli. 26. **E**ST PROCESSIO in malis viro indisciplinato: & est inuentio in de-
 trimentum. Est datum quod non est vtile: & est datum, cuius retri-
 butio duplex. Est propter gloriam minoratio: & est qui ab humili-
 tate leuabit caput. Est qui multa redimat modico pretio, & restituens
 ea in septuplum.

De

A **I**NTERROGABANT autem eum & milites, dicens, Quid faciemus Luc. 3.
& nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: &
contenti estote stipendiis vestris.

*Contenti estote stipendiis vestris, milites, neque, præter id quod vobis constitutum est, Nat.
quicquam exigite. Hæc vobis mecum præcipit eximus ille Vir Ioannes. Quid autem per Luc. 3.
obsonium intelligo? Regiam annonam scilicet, eaque congruaria, quæ iis, qui dignitate fun-
guntur, legis instituto contingunt. Quod autem amplius est, cuiusnam? Equidem ipse dice-
re Vereor, ne quid mali ominis afferat oratio: at non dubito quin ipsi perspectum habeatis.*

B *Militem præter ea, quæ ad militiam spectant, nihil curiosius inquirere oportet: Verum Anony-
mi.
illud semper meminisse, hanc sibi prouinciam mandatam esse, vt pacem custodiat.*

De vite consuetudine cum probis viris, ac non cum improbis ineunda.

Iis enim quisque similis efficitur, cum quibus versatur.

CAP. LXXI.

C **R**EGINA Saba dixit ad Salomonem: Verus est sermo quem 3. Reg. 10.
audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua:
& non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi o-
culis meis, & probaui quod media pars mihi nuntiata non fue-
rit. Maior est sapientia tua, & opera tua, quam rumor, quem au-
diui. Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te sem-
per, & audiunt sapientiam tuam;

Dixit Elias ad Eliseum, Sede hinc; quia Dominus misit me vsque in Bethel. 4. Reg. 2.
Cui ait Eliseus, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquã te. Cum-
que descendissent in Bethel, egressi sunt filij Prophetarum ad Eliseum, & dix-
erunt ei, Nunquid nosti, quia hodie Dominus tollet dominum tuum à te? Qui
respondit, Et ego noui: filete. Et dixit Elias ad Eliseum, Sede hinc: quia Dominus
misit me in Iericho. Et ait ille: Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non dere-
linquam te. Et paulò post: Dixit Elias ad Eliseum, Postula quod vis vt faciam
tibi, antequam tollar à te. Dixitque Eliseus, Obsecro vt fiat in me duplex spiritus
tuus. Qui dixit: Rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quando tollar à
te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit.

*Hinc docemur optimos viros, etiamsi ipsi velint, minime relinquere. Magnam enim Scholium
eorum vsus atque consuetudo vtilitatem habet. Testis est Eliseus, qui ad extremum vsque Damasci
cum Elia permansit, ac propterea duplicem dignitatem est consecutus.*

Ambulans cum sapientibus, sapiens eris. Loquimini cum hominibus iu- Pro. 1.
stis. Sapientum sermonibus admouet aurem tuam. Adolescens cum pio vi-
E ro: & recta erit via eius.

Si videris sensatum, euigila ad eum: & gradus ostiorum illius exterat pes tuus. Ecl. 6.

In multitudine seniorum sta: & si quis est sapiens, adhære illi. Ne despicias 8.

narrationem presbyterorum sapientum: & in proverbiis eorum conuersare.
Viri iusti sint tibi coniuuæ. Cum viro pio perpetuò versare. Quem vi- 9.
deris custodientem mandata, fit tibi charus tanquam anima tua: & si cecideris,
condolebit tibi. Volucres cum similibus commorantur.

*Quemadmodum pictores, cum ab imaginibus imagines pingunt, identidem in exem- Basil. e-
plar intuentes formam illam ad suum opus transferre studet: sic eum, qui se omnibus virtu- Pist. 1.
tis partibus absolutum reddere laborat, ad sanctorum vitas, tanquam ad imagines quasdam mo-*

tu atq; actione præditas oculos conicere oportet, atq; illarū bonū suū imitando efficere. **F**
Ho. 5. in Si Gentilem temperantia, ac reliqua morum honestati ac moderatiōi operam dantem
Hexam. videas, fac studium tuum ac diligētiam augeas: vt frugifera ficui similis sis, quæ ex gregē-
Nā. in stium præsentia robur colligit, ac cohibito fluxu suo studio maiore fructus alit.
Jamb. Fores sopherum fac teras, non diuitum.

De vitæ consuetudine cum improbis: & quòd eorum societas fugienda sit,
 tanquam exitiosa. **CAP. LXXII.**

Num. 16. **V**RREXIT Moyses, & abiit ad Dathan & Abiron: & sequentibus
 cum senioribus Israël, dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis im- **G**
 piorum hominum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuol-
 uamini in peccatis eorum.

Iosue. 23. Exterminate malum ex vobisipfis.
 Disperdite gentes has à facie vestra: & non erunt vobis in laqueum, & in scan-
 dalum, & in clauos calcaneis vestris, & in sudem oculis vestris.

1. Reg. 15. Dixit Saul Cinæo, Abite, recedite, discedite ab Amalech: ne fortè inuoluam
 te cum eo, Et recessit Cinæus de medio Amalech: Percussitque Saul Amalech.
Iob. Abstinerè à malis, scientia est.

Psal. 1. 25. Beatus vir, qui non ambulauit in concilio impiorum, &c. Non fedi cum
 concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo. Protege me à con- **H**
 uentu malignantium. Qui diligitis Dominum, odite malum.

Pro. 1. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Prohibe pedem tuum à
 semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt. Ne delecteris in semi-
 4- tis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Non enim dormiunt, nisi malefece-
 rint. Vias impiorum ne adeas, nec quæras vias iniquorum. Tribuli & la-
 24- quei in viis peruerfis: qui autem custodit animam suam, abstinebit ab eis. Ne
 æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis: quia rapinas meditatur cor eo-
 22- rum, & fraudes labia eorum loquuntur. Noli esse amicus homini iracundo,
 neque ambules cum viro furioso: ne fortè discas semitas eius, & sumas scandalum
 animæ tuæ.

Esa. 52. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere: exite de medio eius, **I**
 mundamini, qui fertis vasa Domini.

Remoue te ab iniusto homine, & non timebis: & tremor non appropinqua-
 bit tibi.

Eccles. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, in-
 duet superbiam.

Rom. 16. Rogo vos, fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter do-
 ctrinā, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiuscemodi enim Chri-
 sto Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & be-
 nedictiones seducunt corda innocentium.

1. Cor. 5. Si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis seruiens, aut ma-
 ledicus, aut ebriofus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. **K**

2. The. 3. Denunciamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt
 subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditio-
 nem, quam acceperunt à nobis.

Basil. Ho. Perniciose sunt improborum hominum familiaritates. Quandoquidem amicitia lege
 Quòd Deo ita comparatum est, vt qui vitæ consuetudine inter se copulantur, morum quoque similitu-
 nō est au- dinem contrahant. Quemadmodum enim in morbidis regionibus aer ille, qui sensim respi-
 thor ma- ratur, occultum morbum iis, qui illic commorantur, affert: eodem modo inita cum improbis
 lor. familiaritas ingentia animis mala infligit, etiamsi detrimentum statim minime sentiatur.
 simile. Pestē aunt, qui harum rerum periti sunt, posteaquàm hominē vnum, aut iumentū at-
 gerit,

Agerit, ad omnes deinde, qui propius accedunt, serpere. Hanc quippe huiusce morbi naturam esse, ut eum alij ex aliis contrahant. Tales nimirum sunt qui iniustitiæ operam dant. Alij enim aliis morbum impertientes, unâ agrotant, ac pereunt.

Exempla eorum fuge, quorum vita omnium iudicio condemnata est.

Proclivius est vitij participem fieri, quam virtutem impertire: quandoquidem facilius quoque est morbum contrahere, quam alios sanitate donare.

NaX. in Apolog. In Tetrast

Occlude verbis turpibus cera tuas Aures, sonisque cantuum mollissimis.

Pateant honestis semper at sermonibus.

Audire, fari, facere, non distant procul.

Præpono semper improbis probos viros.

Nam si frequens sis cum malis, eris malus.

B Non modò à vitij ipsi abstinere, sed eos etiam, qui ea perpetrant, auersari debemus. Israëlitis interdictum erat, ne cum malis versarentur, Mosaica videlicet lege hoc quoque sanciente. Exertis enim verbis imperabat, ut qui sanctificati essent, ab eorum cœtu quamprimum abscederent, quorum improba & impura vita esset.

Arbana: Cyrilli.

Discessus ab improbis & flagitiosis hominibus, animæ salus est.

Tria nobis Psalmista proposuit, quæ caueri debeamus, nempe ne in impiorum concilio ambulemus, ne in peccatorum via stemus, ne in pestilentium cathedra sedeamus.

Basil. Ho: in Psal. 1.

Ne in pestilentium hominum cathedra sedeas. Perpende animo, quosnam pestilentes vocauerit, nimirum eos, qui animi sui morbum alijs impertiunt. An non vides quemadmodum scortatores illi, qui in foro sedent, pudicos & temperantes homines ludibrio habeant, ac flagitia sua, tenebrarumque studia commemorent, atque infames suas libidines, non secus atque præclara quedam ac strenua facinora recenseant? Hi videlicet pestilentes sunt, quippe qui malum suum in omnes porrigere obnixio studio contendant.

Quinam pestilentes censeri debeant.

Fornicationis spiritus iniquitatem in vno sistere non sustinet: Verum statim æquales assumuntur, comestiones & ebrietates, atque obscenæ narrationes, scortum unâ bibens, huic arridens, illum extimulans, atque omnes ad unum scelervis sui cupiditate inflamman. An verò parua hæc pestilentia est, aut exigua mali communicatio?

Inutilium hominum choros fugiamus, solitudinem amplectentes. Perniciem enim affert, ac pacatum animæ statum delet improborum hominum familiaritas, vitæque consuetudo. Ut enim qui in pestilenti aère sunt, non possunt quin agrotent: sic etiam qui apud homines nullum virtutis ac vitij delectum habentes versantur, ipsorum vitium contrahunt.

Nili.

D Eorum, qui unâ degunt, perversitas dissidia & contentiones gignit. Quamvis enim faciles ac suaves sint: tamen benevolentia affectum seruant.

Iosephi.

Stultorum familiaritates exitiosæ sunt: atque anima, etiam inuita, dementiæ ipsorum simulacra exprimit.

De sapientia & eruditione.

CAP. LXXIII.

SAPIENTIA foris prædicat, in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, &c. Qui prudens est in verbis, inuentor bonorum est. Qui ex labijs profert sapientiam, virga percutit virum excordem. Prudentiam familiarem tibi fac. Gloriam sapientes hæreditate consequentur. Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti primi & purissimi: pretiosior est lapidibus pretiosis: & omnia quæ desiderantur, non valent ei comparari. Meliora sunt genimina prudentiæ argento electo. Via eius viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam, beatus.

Provi. 1.

3.

8.

3.

4.

8.

Posside sapientiam, posside prudentiam: ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei: ut det capiti tuo coronam gratiarum. Accipite disciplinam meam,

B b iij

D. IOANN. DAMASCENI

& non pecuniam: doctrinam magis quam aurum eligit. Melior est enim sapien-
tia cunctis opibus pretiosissimis: & omne desiderabile ei non potest comparari.

Fili, si sapiens fueris, tibi ipsi sapiens eris, & non proximo. In viis iustitiae, am-
bulo, in medio semitarum iudicij: vt ditem diligentes me. Vir sapiens thronus
est sensus. Sapiencia edificabitur domus: & prudentia roborabitur. Viri a-
mantis sapienciam delectatur pater.

24. Melior est puer pauper & sapiens rege sene & stulto.

Proficiscere ad splendorem sapiencie, e regione luminis ipsius.

Baruc. 4. Quis ascendit in coelum, & accepit eam, & deduxit eam de nubibus? Quis
3. transfretauit mare, & inuenit illam, & attulit illam super aurum electum? Non
est qui possit scire vias eius, neque qui exquirat semitas eius: sed qui scit vniuer-
sa, nouit eam, & adinuenit eam prudentia sua.

Sap. 6. Clara est, & quae nunquam marcescit sapiencia: & facile videtur ab his qui
7. diligunt eam, & inuenitur ab his qui quaerunt illam. Multitudo sapientum sa-
lus mundi. Diuitias nihil esse duxi in comparatione illius: nec compara-
ui illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius are-
na est exigua, & tanquam lutum aestimabitur argentum in conspectu illius. Ve-
nerunt autem mihi omnia bona pariter cum ea. Da mihi Domine sedum tua-
rum assitricem sapienciam. Dominus creauit sapienciam, & ipse enumerauit
eam. Neminem diligit Deus, nisi eum qui cum sapiencia inhabitat. Luci suc-
cedit nox: sapienciam autem non vincit malitia. Si diuitiae appetuntur in vita,
8. quid sapiencia locupletius, quae operatur omnia? Non habet amaritudinem con-
uersatio illius, nec tedium conuictus illius, sed laetitia & gaudium.

Eccli. 4. Sapiencia filios suos exaltat. Qui diligit illam, diligit vitam: & qui vigilaue-
rint ad illam, implebuntur delectatione eius. Qui tenuerint illam, vitam haere-
ditabunt: & quod introibit, benedicet Deus. Qui diligunt illam, diligit eos Deus.

6. Fili, a iuuentute excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapienciam.

8. Quasi is qui arat & qui feminat, accede ad eam. Ne despicias narrationem pre-
byterorum sapientum: & in prouerbis eorum conuersare. Cum sapientibus

11. consilium cape: & cum prudentibus sint ratiocinationes tuae. Sapiencia humi-

16. liati exaltabit caput illius: & in medio magnatorum sedere eum faciet. Ab vno

24. sensato inhabitabitur ciuitas: & a tribus impiis deseretur. Spiritus meus super
mel dulcis, & haereditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generationes se-
culorum. Qui audit me, non confundetur. Vir sapiens populum suum erudiet.

Vir sapiens replebitur benedictione: & beatum dicent eum omnes qui vident
eum. Nihil est comparandum cum erudita anima.

Basil. Ho. Sapiencia est diuinarum & humanarum rerum scientia, & earum quibus ipsa comparantur.
in princ. Philosophiae finis ei, qui philosophiae studium proficitur, hic est, vt, quoad eius fieri queat,
Prouerb. ad Dei similitudinem accedat.

Chryst. Prudentiam aetate ponderare minimè conuenit.

Didymi. Quod quispiam se aliquid ignorare sciat, sapiencia est: quemadmodum & scire, quod K
iniusti aliquid admisserit, iustitia.

Eiusdem sapiencia est, & ad earum rerum quae delectu carent, iucunditates non ruere:
& his quae laboriosa & aspera sunt, non frangi atque consternari.

Philonis. Solus sapiens liber ac princeps est: etiam si alioqui sexcentos corporis dominos habeat.
Sapiens omnis Dei amicus est. Ac sanè sapiens humani generis primus est, vt guber-
nator in nauis, praefectus in vrbe, imperator in bello, anima in corpore, mens in anima, coe-
lum in mundo, Deus in caelo. Quocirca antiquior, & est, & dici debet vir probus: in-
rior autem ac posterior, qui quis stultitia laborat, vt qui ea cōsecetur, quae iuuenilem aeta-
tem respiciunt, atque extremo loco ponenda sunt.

Doctrina causa aliquid quaerere ac sciscitari, perquam vtile est.

A De negotiorum angustia & distractione. CAP. LXXIIII.



MNIS vita impij in cura est. Peccanti dedit distractionē. *Iob. 15. Eccl.*
 Molestiam animi & hallucinationem morte amariores inuenio.

Fili, non in multis sint actiones tuæ. Si eas multiplicaueris, *Eccl.*
 non eris innocēs. Qui operum conductionem persequitur, incidet in lites. Cor durum grauabitur laboribus. Vix
 rumpietur negotiator à delicto. Qui alienæ liti præest, est tanquam qui tenet caudam canis.

B Inter ea, quæ animum distrahunt, ac mundanis occupationibus distinent, fieri non potest, ut quisquam spem, laborem, rerum diuinarum meditationem atque orationem consequatur. *Basil.*

Quemadmodum sordidum speculum imaginum species excipere nequit: sic nec anima huiusce vitæ curis affixa, ac vitii ex carnis affectu manantibus obscurata, diuinas illuminationes suscipere non potest. *Epist. 1. simile.*

Vt oculus, qui continuo circumagitur, ac nunc quidem in obliqua fertur, nunc autem sursum deorsumque identidem conuertitur, id quod sibi propositum est, perspicue cernere nequit, verum ipsius aciem in id quod cernit, defixam esse oportet, siquidem id euidenter conspexitur est: sic etiam fieri non potest, ut mens humana, innumeris mundi distracta, veritatem liquido prospiciat. *simile.*

C Nautæ & gubernatores nihil non agunt, ut mare traiciant, atque ad portum perueniant. Nos contra id obnixo studio contendimus, ut in negotiorum huiusce vitæ fluctibus ac tempestate iactemur: quippe qui in foro ac tribunalibus perpetuo versemur. *Chryf. Dissimile.*

In perturbatam & sollicitam mentem, nec proba vlla cogitatio, nec Dei gratia subit. Perfecta anima est sollicitudine vacare: impia autem, curis confici. Etenim de perfecta anima dictum est, quod lilium sit in medio spinarum. Hoc autem animi securitatem tranquillitatemque significat. Nam etiam in Euangelio lilium animam à curis liberam designat. Non laborant, inquit, neque nent: & tamen maiore, quam Salomon, gloria conuicta sunt. *Theotimi. Cant. 2. Mat. 6. Iob. 15.*

D De ijs autem qui corporeis rebus multum curæ impendunt, ait Scriptura, Omnis impij vita in cura est. Si quidem impium profectò est totam vitam in corporeis curis consumere, nec de futuris studij quicquam præ se ferre.

Qui in croceis nutriebantur, amplexantur stercora, inquit in Lamentationibus Hieremias. Etenim cum in præclaris atque ardentibus cogitationibus requiescimus, in croceis educamur. At cum in terrenis negotijs volutamur, tum demum stercoreibus vestimur. *Thren. 4.*

Qui quaternis pedibus ingreditur, prorsus impurus est. Quaternis autem ingreditur, qui in sensilibus negotijs fiduciam ponit, atque in eorum occupatione principem animæ partem inuoluit.

E Quemadmodum qui vinculis astricti sunt, egrè incedunt: sic qui huic vitæ impliciti tenentur, virtutis curriculum purè ac plenè perficere nequeunt. *simile.*

De his qui frequenter in alienas domos commeant. CAP. LXXV.

DOLIVM pertusum aliena domus. Pes fatui facilis in domum proximi: & homo peritus confundetur à persona potentis. *Eccl. 10.*

De consilio, & admonitione bona. CAP. LXXVI.

VI me audierit, absque terrore requiescet: & abundantia perfruetur, timore malorum sublato. Fili, ne obliuiscaris legis meæ: & præcepta mea *Pro. 1. 3.*

cor tuum custodiat. Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem appo-
nent tibi. Fili, ne deficias: serua consilium meum & cogitationem: vt viuat ani-
ma tua, & gratia sit collo tuo, & sanitas carni tuæ, & cura ossibus tuis. Tu enim am-
bulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. Si dormieris, non time-
bis: quiesces, & suavis erit somnus tuus. Non pauebis repentino timore: & irruen-
tes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit à latere tuo: & custodiet pedem
tuum, ne capiaris.

De consilio & admonitione mala.

CAP. LXXVII.

Iob. 2.



ULTO autem exacto tempore dixit ad Iob vxor eius: Vsq[ue]
quò tolerabis, dicens, Ecce expecto adhuc paulum temporis
sp[er]e salutis meæ? Ecce deleta est memoria tua de terra. Filij tui,
& filia, ventris mei dolores, quos in vanum laboraui cū arum-
nis. Tu autem sedes in stercore vermium, pernōctans sub dio.
Et ego vaga & famula, locum ex loco, & domum ex domo
prateriens, expectans Solem quando occidat, vt requiescam à
laboribus & doloribus, qui me nunc premunt. At dic aliquod verbum aduersus
Dominum, & morere. Ille autem intuitus eam, dixit: Quasi vna de stultis mu-
lieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non susti-
neamus?

Pro.

Malus obtemperabit linguis iniquorum. Fili, non te apprehédat consilium
malum: Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint, Veni no-
biscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra infontem frustra:
deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendentem in
lacum. Omnem substantiam pretiosam reperiemus, implebimus domos nostras
spoliis. Sortem mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrum. Fili mi,
ne ambules cum eis: prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes enim illorum
ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem. Frustrà autem iacitur
rete ante oculos pennatorum.

2. Reg. 10.

Factum est autem post hæc, vt moreretur rex filiorum Ammon, & regnauit
Hanon filius eius pro eo. Dixitque Dauid, Faciam misericordiam cum Hanon
filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Misit ergo Dauid, conso-
lans eum per seruos suos super patris interitu. Cùm autem venissent serui Dauid
in terram filiorum Ammon, dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon
dominum suum, Putas quòd propter honorem patris tui miserit Dauid ad te
consolatore: & non ideo vt inuestigaret & exploraret ciuitatem, & euerteret eam?
Tulit itaque Hanon seruos Dauid, rasiq[ue] dimidiam partem barbæ eorum, &
præscidit vestes eorum medias vsque ad nates, & dimisit eos.

Scholium

Hanon iniquo seruorum suorum consilio obsecutus, legatisq[ue] Dauidis per barbarum

Damasf.

ac vestium ademptionem contumelia affectis, patriam ac regnum amisit.

2. Reg. 13.

Erat Amnon amicus, nomine Ionadab, vir prudens valde. Qui dixit ad eum,
Quare sit attenuaris macie, fili regis, per singulos dies? cur non indicas mihi? Di-
xitque ei Amnon, Thamar sororem fratris mei Absalom amo. Cui respondit
Ionadab, Cuba super lectum tuum, & languorem simula: cùmque venerit pater
tuus vt visitet te, dic ei, Veniat oro Thamar foror mea, vt det mihi cibum, & fa-
ciat pulmentum, vt comedam de manu eius.

Scholium

Damasf.

Consilium Ionadab Ammoni pestiferum fuit. Hunc enim frater obruncavit.

Basil.

Act. 5.

Cùm quidpiam ab aliquo nobis imperatur, quod cum Dei præcepto pugnet, illudque la-
befactet aut contaminet, tum dicere tempestiuum est, Obedire oportet Deo magis quam ho-
minibus, illud videlicet in memoria habentes, quod Christus dicebat, Alienum autem

Io. 10.

non sequuntur, quia nesciunt vocem alienorum: atque item illud quod Apostolus, cau-
tionis

Ationis nostræ gratia ipsos quoque angelos perstringere ausus, dixit, his verbis utens, Licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Quibus ex verbis discimus, quod quamlibet charus, ac singulari quadam nominis fama conspicuus sit is qui prohibet, execrationi tamen esse debet vnicuique eorum qui Dei amore præditi sunt.

De circumactione.

CAP. LXXVIII.

BVM liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt omnes lucrifacerem. Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem: iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cùm ipse non essem sub lege) vt eos, qui sub lege erant, lucrifacerem: ijs qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cùm sine Dei lege non essem, sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.

Qui per domum suam non se circumfert, possidebit ventos.

Pro. 11.

De sancta cruce.

CAP. LXXIX.

CEDISTI metuentibus te significatione, vt fugiant à facie arcus. Manifesti erunt qui obfignant Legem, ne dicant. Dixit Dominus ad virum qui indutus erat lineis: Signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio Hierusalem. Et transite per mediam ciuitatem, & percutite: non parcat oculus vester, neque misereamini, Senem, adolescentulum & virginem, paruulos & mulieres interficite vsque ad internecionem: omnem autem, super quem videritis Thau, non interficite.

Si quid passus est Christus, non sua, nec Patris causa passus est: sed vt humano generi salutem compararet. Ac si tibi cordi est, vir charissime, vim crucis perseptam habere:

Daudi. Crux Christianorum spes est, crux cæcorum dux, crux errantium via, crux claudorum baculus, crux pauperum consolatio, crux diuitum frænum, crux superbiorum atque insolentium deiectio, crux trophæum aduersus demones, crux aduersus diabolum victoria, crux egentium copia, crux desperatorum spes, crux mortuorum resurrectio, crux nauigantium gubernatrix, crux tempestate iactatorum portus, crux oppugnantium murus, crux orphanorum mater, crux viduarum patrona, crux iniquorum iudex, crux oppressorum recreatio, crux paruulorum custos, crux in tenebris sedentium lumen, crux seruorum libertas, crux monachorum studium & exercitatio, crux virginum pudicitia, crux sacerdotum gaudium, crux Ecclesie fundamentum, crux esurientium panis, crux sitientium fons, crux nudorum integumentum.

E Quoniam Satanas primum hominem per lignum interemit, idcirco Dominus humanitate indutus per crucis lignum effecit, vt diabolus humanis pedibus tereretur. Quicumque enim crucis signum habent, ipsius vim proculcant.

Cùm ad bellum proficisceris, atque hostem tuum gladios aduersum te acuentem cernis, tu nihil eiusmodi tecum effer: sed crucis signum in pectore tuo atque in fronte tua habe, atque aduersus eum progredere, his verbis utens, Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus. Ac videbis illa omnia palearum instar dilapsura, te verò excitatum & erectum iri. Prædixit enim Dauid de crucis signo, Dediisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Quodnam porro aliud signum nobis donauit, quam crucis mysterium? Hoc signo muri disturbantur, hostes tanquam scenum prosteruntur, demones in fugam aguntur. Denique omnia crucis signo, ob eius qui cruci affixus est potentiam, subijciuntur.

D. IOANN. DAMASCENI

De honore: & quod alij aliis honorem habere debeant.

CAP. LXXX.

Job.

Rom. 12.

1. Pet. 2.



MPIVS non veretur faciem honorati viri: nec scit eiusmodi hominibus honorem habere.

Charitate fraternitatis inuicem diligetes, honore inuicem praeuenientes.

Tanquam Dei serui omnes honorate.

De publicanis.

CAP. LXXXI.

Chrys.



VID est telonium? Legitima rapina, violentia libertate praedita, iniustitia legis praesidio subnixta. Quid est telonium? Pudoris expers peccatum, rapina excusatione carēs, latrocinio grauior. Latro pudore saltem afficitur, dum aliquid surripit: hic autem fidenti ac libero animo est, dum diripit.

De turbarum ac tumultuum authoribus.

CAP. LXXXII.

Pro. 6.

29.



ERVERSVM cor fabricatur mala: in omni tempore, qui eiusmodi est, turbas conflatur ciuitati. Propterea repente veniet ei perditio sua: quia delectatur omnibus rebus, quas Deus odio habet. Viri impij inflammauerunt ciuitatem.

De ordine, & statu, ac serie: & quod suum quemque ordinem seruare oporteat.

CAP. LXXXIII.

1. Cor. 3.



ORDINVS QVIBVS in qua uocatione uocatus est, fratres, in hac maneat.

Ordo rerum omnium pater est.

De humilitatis studiosis.

CAP. LXXXIIII.

Gen. 18.

Exod. 4.

1. Reg. 25.



RESPONDENS Abraham, dixit, Quia semel coepi, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis.

Ait Moyses ad Dominum: Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri & nudiustertius: & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris sum lingua.


Dixit Abigail ad Dauid, In me sit Domine mi haec iniquitas: loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi uerba famulae tuae. Ne ponat oro Dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal, quoniam secundum nomen suum stultus est.


Abbatibus In hoc sita est humilitas, ut quispiam peccatorem se esse reputer, nec coram Deo boni quicquam facere. Opus autem humilitatis, est silentium colere, sese cum nemine metiri, non contendere, subiectum esse, oculos humi demissos habere, mortem sibi ob oculos proponere, a mendacio abhorrere, inanibus sermonibus operam non dare, maiori non reluctari, sermonem suum constabilire nolle, contumeliam ferre, requietem odisse, ad labores se adigere, animum vigilantem praebere. Frater, stude haec praeccepta diligenter exequi, ne alioqui anima tua vitiosarum omnium affectionum domicilium sit. In his singulis vigilantissimi animo elabora: ne uniuersum uita tuae curriculum inane atque infrugiferum reddas.

De artibus, & earum inuentoribus.


CAP. LXXXV.

Genuit


A  ENUIT Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum. Et nomen fratris eius Iubal: ipse fuit pater canentium cithara & organo. Sella quoque genuit Tubal-cain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Chus genuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator coram Domino. Gen. 5. 10.

B  Equestre certamen primus excogitauit Enylios Nephtuni filius. Idem autem equestre certamen curule Dipolis inuenit. Primus enim Ocnomaus quadrigis huiusmodi certamen obiit. Iam verò Circi structura ad mundi, hoc est cœli, terræ ac maris, gubernationem dispensata est. Quippe duodecim portas, duodecim zodiaci orbis domos esse prodiderunt, qui terram & mare, ac fluxum humanæ vitæ cursum moderatur. Solum autem Circi, terram vniuersam esse. Euripum item, mare; cuius locus terra inferior est. Fossitiam porrò terram, quæ portas versus est, Orientem: eam autem quæ ad cuneum est, Occidentem. Septem verò spatia, motum & cursum esse septem stellarum, quibus magna vrsa constat. Rex autem Romulus in honorem ipse quoque Solis ac subiectorum ipsi quatuor elementorum primus quadrigarum, hoc est terræ, maris, æris & ignis, cursum inuenit, ac Romæ, hoc est in Italia, quæ ad Occasum sita est, celebravit. Atque his quatuor elementis hæc nomina imposuit, terræ nimirum viridem partem, mari, hoc est aquis cæruleam, igni rufæam, id est rubram, æri denique, ut candido, albi nomen indidit.


De homine contumelioso. CAP. LXXXVI.

C  OS qui insolentia efferebantur, humiliavit. Omnem contumeliosum humiliavit. Iob.
 Malus cum contumelia facit mala. Contumeliosorum domos disturbat Dominus. Oculi contumeliosi lingua iniusta est. Quocunque introierit contumelia, illic etiam ignominia. Melior est vir clemens & placidus cum humilitate, quam qui diuidit spolia cum contumelia. Pro. 16.

Qui insolentia sublimes sunt, conterentur, & humiliabuntur. Esa.

D  Quæ admodum vox in locis solitariis emissa, integra rursus ad loquentem reuertitur: Basil. sic etiam contumelia ad conuitiatorem redeunt. Vel, ut rectius loquar, vox quidem ipsa integra redditur: maledicentia autem cum fenore redit. Simile.
 Quicquid turpe atque inhonestum est, minimèque huic congruens qui probis operibus studere consuevit, contumelia est.

De abstemiis. CAP. LXXXVII.

E  MENS bibentes aquam, omnes dati sunt in mortem: & electa Libani omnia bibentia aqua, ipsi quoque descenderunt cum eo in infernū. Ezech.
 Modico vino utere propter stomachum tuū, & frequentes tuas infirmitates. 1. Tim. 5.

Nemo ab aqua crapulam contraxit. Nullius unquam caput condoluit, aqua degrauium. Nemo alienis pedibus opus habuit, bibenda aquæ assuescens. Nullius pedes tanquam vinculis quibusdam astricti sunt: nullius manus ad munus suum obeundum inutiles redite sunt. Basil. de Ierun. orat. 1.

Bibere vis? Scatet tibi aqua, perenne poculum, potio temulentia expers, lætitia uinea ignara. Nax.

De somno & vigilia. CAP. LXXXVIII.

Eccl. 5.

Prou. 23.

Basil.

Greg.

Nell.
De somno
ac vigilia.



VLEIS est somnus operanti, siue multum, siue parum comedat: fatu-
ruritas autem diuitis non finit eum dormire.

Vestietur diruptis & pannosis vestibus omnis somnolentus.

Fac, o homo, Deo gratias agas, qui nos, etiam inuitos ac repugnantes, a continuis labo-
ribus, somni beneficio soluit: ac per exiguam quietem nos recreat.

Alto sopore teneri, membris ita solutis, vt absurdis imaginationibus spatium præbea-
tur, quotidianam mortem ijs comparat, qui ita dormiunt.

Somnus vigiliae contentionem laxat: vigilia deinde relaxatum animum rursus con-
tendit. Neque in perpetuo statu alterutrum horum manet: verum vtrumque sibi inuicem
cedit: sic nimirum natura sese per alternatas vices instaurante, vt vtrumque horum vi-
cissim nanciscens, ab altero ad alterum lubenter migret. Nam & perpetua in rebus geren-
dis animi contentio hoc efficit, vt partes immodicè contentæ quodammodò rumpantur &
conuellantur: & rursus perpetua corporis relaxatio hoc affert, vt id quod conflatum at-
que compactum est, quodammodò concidat ac dissoluatur. At verò tempestiue vtrumque
ac moderatè attingere, naturâ ad incoluitatem ac permanentiam corroborat: quippe quæ
per continuam ad contraria migrationem in vtrisque seipsam ab alteris reficiat & recreet.
Ad hunc igitur modum contentum per vigiliam corpus noctæ, contentionis relaxationem
per somnum comminiscitur, dum videlicet sentientes facultates ad aliquod tempus per
intermissas actiones recreat. Necessaria quippe est ad corporis conseruationem tempesti-
ua remissio.

Somnus aliud nihil est, quàm breuis & temporaria mors.

De hypocrisi & simulatione, & ficta pietate: & his qui hæc
comminiscuntur. CAP. LXXXIX.

Iob.



VI corde hypocrita sunt, parient iracundiam: & morietur in iuuen-
tute anima eorum.

Basil. Ho.
de Inuid.

simile.

Naſ. O.

rat. de Ba-
ptif.

In Carm.

Cyrilli.

Eusebij.

Cur multi
inchoatio
virtutis
studium
absoluere
nequie-
runt.

Non cernis quantum malum hypocrisis sit? Atqui ipsa quoque inuidia
fructus est. Nam vt quispiam moribus duplex sit, apud multos ex inuidia
plerumque nascitur: cum videlicet odiū imo pectore continentes, amore ac benevolentia il-
litam & fucatam superficiem ostendunt, scopulis vtiq; sub aqua latentibus non absimi-
les, qui exigua aqua obrecti incautos de improviso opprimunt.

Nihil callidi, nihil versuti aduersus salutem tuam comminiscaris. Nam vt aliis fu-
rat. de Ba- cum & imposturam faciamus, nobis certè facere minimè poterimus. Ac sanè in perniciem
ptif. nostram ludere, perquam stultum ac periculosum est.

Malim, cum recto studeam, vitiosus haberi,
Quàm vitio indulgens, iusti clarescere fama,
Mendaxque ignari mortalibus esse sepulcrum,
Quod licet interni, scelerentia corpora claudat,
Calce tamen nitet externa, gratoque colore.

Qui hominibus placere studet, mercedis loco, eorum quidem laudes ac fauorem haud in-
iuria obtinere queat. A Deo certè nihil omnino percepturus est.

Multi, dicet quispiam, probis operibus studere cupierunt. Sanctioris enim ac diuino
cultui prorsus participatæ vitæ genus amplecti proposuerunt, nec id ad extremum vsque
prosequi atque expleere potuerunt. Nimirum hac de causa Deus eos perire sinit, quia huma-
ni fauoris studio cilicium gestant, nudisque pedibus incedunt, ac comam alunt, sua re-
ctè facta hominibus ostentantes, vt sanctorum nomen consequantur, atque ab omnibus
vt pij viri adorentur. Vides igitur exterius eorum habitum, atque eos Dei causa hæc
facere arbitraris: quidnam autem ipsorum pectus pariat, te fugit. At Deus, qui corda
& renes scrutatur, animi eorum institutum exploratum habet, atque eos excidere sinit.

A *Ut ipsorum consilia in apertum prodeat. Nam qui, ut humanum fauorem emereantur, ad honestam & cum virtute coniunctam vitam se conferunt, hi scilicet sunt, qui in peccata prolapsi sunt. Qui autē pio animo vita genus omnibus virtutibus absolutum recte profiteri cupiunt, nunquam à Deo deseruntur, quemadmodū dixit Propheta, Iunior fui, etenim se-
nui, & non vidi iustum derelictum. Iusti enim in perpetuum viuunt: & apud Domi-
num est merces eorum, & spes eorum apud Altissimum. Enimuerō multi monachi erro-
re lapsi, ad inuendum matrimonium se conuerterunt, dum dictum illud Apostoli male
accipiunt, Quod si se non continent, nubāt. Neque hoc intelligūt, quod post pacta cum Deo
sancita, non iam matrimonium, sed fornicatio dicitur. Vnusquisque igitur, cum corpo-
ris necessitates perferre potest, tum denique sanctioris vite iugum subeat: atque ita ad
infernī subterranea minime ruet.*

Psal. 36.

Sap. 5.

1. Cor. 7.

Celibatio

Deo pro-

missum i-

fringere

non licet.

De filio sapiente. CAP. XC.

FILIUS sapiens lætificat patrem: filius prudens oblectat matrem
suam. Saluatus est ab æstu filius prudens. Filius castigatus sa-
piens erit. Filius iustus gignitur ad vitam. Latetur pater & ma-
ter in te: & gaudeat quæ peperit te. Viri amantis sapientiam dele-
ctatur pater. Fili, si sapiens fueris, tibi ipsi sapiens eris & proximo.

Pro. 10.

Ecl. 4.

Melior est puer pauper & sapiens rege sene & stulto.

Filiorum virtus gloria patrum.

De filio stulto & improbo atque inepto. CAP. XCI.

FILIO doloso nihil erit boni. Filius stultus mœstitia est matri suæ.
Velut à vento corrumpitur in messe filius flagitiosus. Non de-
lectatur pater in filio imperito. Filius stultus subfannat matrem
suam. Filius oberrans pudore afficit matrem suam. Filius inobe-
diens in perditione erit. Ira patri est filius stultus, & dolor matri suæ. Malus
filius maledicit patri: & matri non bene dicit. Filius malus iustum se esse cen-
set. Filius malus sublimes oculos habet: & palpebris suis extollitur. Confu-
sio patris in filio inepto. Filiorum peccatorum peribit hæreditas: & cum se-
mine eorum permanent mala.

Pro. 14.

De pluuia: & quod à terra in cælum aquæ subuehantur.

CAP. XCII.

VI dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa.
Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit in cælo & in terra, in
mari & in omnibus abyssis, &c.
Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Domi-
nus omnipotens nomen eius.

Iob. 5.

Psal. 134.

Amos. 5.

De sanitate: & quod omnia antecellat. CAP. XCIII.

MELIOR est pauper sanus & fortis viribus, quàm diues imbecillis &
flagellatus malitia.

Ecl. 30.

Sanitas & commoda valetudo quous auro præstantior est: satiusque est cor-
pore firmo ac valenti esse, quàm immensas opes habere.

Basil.

Iucundior est sanitas aduersa valetudine degustata. Commune donum est sanitas.

Greg. Nyss.

D. IOANN. DAMASCENI

Clement. Longè quidem optimum est incolumi semper valetudine viri: bonum autem illud quod-
que est post morbum in sanitate afferri.

De suspitione: & quòd ea fugienda sint, unde sinistrae suspiciones
oriuntur. CAP. XCIIII.

2. Cor. II. OLITE dare occasionem his qui querunt occasionem.

Ignat. **N**emo vestrum aduersus proximum quicquam habeat. Ne occasionem
Gentibus detis: ne paucorum stultorum culpa fiat, ut multitudo sancta ac
diuina quadam virtute praeclata maledictis impetatur. G

De pollicitationibus: & quòd eas explere oporteat.
CAP. XCV.

Num. 30. **M**NE bonum quod ex ore vestro egressum fuerit, facietis illud. Si
quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramē-
to, non faciet irritum votum suum, sed omne quod promisit, implebit.
Deut. 23. Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere:
quia requiret illud Dominus Deus tuus. & si moratus fueris, reputabit tibi in
peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum
est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promissisti Domino Deo tuo.
Mal. 1. Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens im-
molat debile Domino.
Eccl. 5. Melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere.

De superbis & arrogantibus, ac vanae gloriae studiosis.
CAP. XCVI.

Leuit. 26. **C**ONTERAM insolentiam superbiae. Anima quae per superbiam
15. aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, quoniam ad-
Iob. uersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo.
Timor Domini cadet super vos: & abscedet à vobis iactantia ve-
stra, tanquam cinis. Cum infirmatus fuerit, non speret sanitatem:
sed cadet morbo magno. Multos enim afflixit exaltatio. Disperge superbos in
40. furore tuo, & omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos, & con-
funde eos, & contere impios in loco suo. Absconde eos in puluere simul: & fa-
cies eorum imple ignominia.
Abd. 1. Si exaltatus fueris, ut aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detra-
ham te, dicit Dominus. Vae qui dicis in corde tuo, Quis me detrahet in terram? K
In interitione deturbavi superbos: angulos eorum desertos reddam.
Esa. 13. Quiescere faciam superbiam iniquorum, & arrogantiam fortium humiliabo.
Ecce Dominus Deus Sabaoth conturbabit gloriosos terrae cum fortitudine, &
sublimes contumelia conterentur, & cadent excelsi gladio.
Enagry. Graue est magnifice de se sentire eum qui parua faciat. In omni negotio, opinari rei ip-
si impedimentum affert. Superba cogitatio virtutem tanquam cribro excutit. Lacus sic-
cus est animus gloriae cupidus. Superba anima latronum hospitium est: ac scientiae so-
num odit.
Nili. Vae arroganti: nam cum sepulcrum ingressus fuerit, tum, qui suam sit, edocetur.
Superbia Quonam pacto anima puritatem quaeris, superbiae vinculis astrictus? *Ais enim:* Pu-
puritati rum cor habere cupio: sed ipsum puluere ac fumo refertum inuenio. Qui verò fieri queat,
ut

A Vt igne in paleis delitescere, ac flammam concipiente, fumus non inueniatur nec eluceat: anima in Non sanè possum quin probem, quòd tu honestis operibus obnixò studio incumbis. At in de- pedimen-
rim Maritiam sociam adhibes. Quid autem prodest ab vno vitio liberum esse, si alij in- tu affert.
terim seruire atque obsequi in animum rursus iaducas?

Opinio, vt veteribus placet, est profectus excisio. Nam qui inani opinione intumescit, Philonis.
emendationem non sustinet. Opinio vir-
tutis, ip-
sus exci-
sio est.

Opinio inanis natura res impura est.

De patientia & longanimitate.

CAP. XCVII.

B **A** I T Dauid: Dimittite eum vt maledicat. Dominus enim præcepit ei vt malediceret mihi. Dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum 2. Reg. 16.
Domini, si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac.

Omnes qui sustinent te, non confundentur. Viriliter age, & psal. 24.
confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Vir prudens multa sustinet. Vir longanimis, multus est in prudentia. Lon- pro. 15.
ganimis extinguet lites. Misericors vir longanimis est.

Iram Domini portabo, quia peccaui ei.

Mich. 7.

Bonus Dominus sustinentibus se in die tribulationis.

Naum. 1.

Si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit.

Habac. 2.

C **E** Expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis in futurum: quia iudicium meum, vt congregem Gentes. soph. 3.

Corona erit sustinentibus, & his qui ipsi sunt vsui. Beati omnes qui in ipso Zach.
manent.

Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquila Esai. 40.
volabunt, & non deficient.

Filij, patienter sustinete iram, quæ superuenit vobis: persecutus enim est te ini- Baruc. 4.
micus tuus: sed citò videbis perditionem ipsius: & super ceruices ipsius ascendes:
Bonus Dominus sustinentibus se.

D **V**sq̄ue ad tempus sustinebit longanimis, & postea emerget ei lætitia: & labia multorum enarrabit sapientiam eius. Fili, accedens ad seruitutem Dei, prepara 2.
animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum & sustine: inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus, & ne festines in tempore obductionis. Coniungere Deo & sustine: vt crescat in nouissimo vita tua. Cū lenitate fac respõdeas.

Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Mat. 24.

In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Luc. 21.

Lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem, Domine Iesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamauit voce magna, dicēs, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino. Act. 7.

E **I**n omnibus nos ipsos commendantes, sicut Dei ministri, in multa patientia, 2. Cor. 6.
in tribulationibus, in necessitatibus, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in benignitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in potentia Dei, per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & infamiam.

Patientia vobis necessaria est: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. A dhuc enim modicum, aliquantulumque, qui venturus est, veniet, & non tardabit. Heb. 10.

Fidelis sermo: Nam si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & 2. Tim. 2.
conregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos.


Nihil hominibus venerationem æquè conciliat, vt iniurias æquo animo ferre. Non est Chryf.
quòd tentationem vnquam pertimescas. Si animo bene comparato fueris, nihil detrimenti

Simile. affert afflictio. Quemadmodum enim fornax nullo incommodo aurum afficit: eodem modo calamitas nullam forti viro perniciem infert. Quidnam fornax auro puro facit? Quid item afflictio patienti animo eam ferenti? Imò verò sublimiorem eum reddit.

Basil. Commutationes ac pacta huiusmodi nobis cum Domino sunt. Etenim pro flagris, quæ corporibus nostris insurguntur, splendida vestis nobis efflorescet: pro ignominia, coronæ: pro carcere ac vinculis, paradysus: pro condemnatione cum facinorosis hominibus, angelorum societas.

xili. Patientia stude, per quam martyres exercitatos esse compertum habemus.

De his qui res aduersas minimè sustinent, verùm animi imbecillitate laborant. CAP. XCVIII.

Pro.  VI pusillanimis est, admodum stultus est. Pusillanimum virum quis sustinebit?

Eccli. 2. Væ his qui perdidērunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias re-ctas. Et quid facient, cùm inspiciere cœperit Dominus?

Basil. Si aduersus conuitiatorem ira affectus fueris, ipsius probra cõfirmasti. Quid enim ira stultius? Si autem ab ira immunis manseris, eum, à quo contumelia lacesitus es, pudore atque ignominia affecisti, re ipsa nimirum pudicitiam ac temperantiam pro te ferens.


2. Reg. 16. Operæpretium est igitur nos optimorum exemplorũ recordatione furiosum ac vesanum animæ motum compescere: id videlicet nobiscum reputantes, quàm leuiter ac placidè beatus Dauid contumelias ac debacchationes Semei pertulerit. Non enim iracundiæ spatium sese mouendi dabat, cogitationem suam ad Deum transferens. Dominus enim, inquit, præcepit Semei vt malediceret Dauid. Quo factum est, vt cùm audiret, Vir sanguinum flagitiose, non illi succenseret, verùm seipsum deprimeret, tanquam meritis contumelias impetitus. Duo porro ista à te amputa, hoc est ita te compara, vt nec te ipsum vlla re amplè dignum censeas, nec hominem vllum dignitate longè te inferiorem esse existimes.

Remedia aduersus arrogantiam. Mar. 10. Io. 18. Christus partim verbis, partim rebus atque exemplis patientiæ viam nobis monstrauit. Nam hæc ipsius verba sunt, Qui vult inter vos primus esse, erit omnium postremus: & ipse eum, à quo percussus est, placidè ac sine vlla animi commotione pertulit. Etenim is, qui cœli ac terræ conditor ac dominus est, qui ab omni mente prædita creatura adoratur, qui virtutis suæ verbo omnia portat, non eum, qui sibi colaphum impegerrat, viuum in infernũ misit (dehiscere videlicet impio homini terra) verùm his verbis ipsum admonerat & erudiebat, Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Nam si iuxta Domini mandatum omnium postremus atque in finem esse assuescas, nunquam excandesces, tanquam contumelia indignè lacesitus.

xili. Contemnere ac nolle sustinere, magnas ac varias calamitates affert.

Iob. 2. Stultitia est impatientem, minimeque fortem ac tolerantem in variis tentationum generibus se præbere. Id adeo tibi persuadeat his verbis Iob, Quasi vna de stultis mulieribus locuta es.

De hospitalitate ac fraterno amore. CAP. XCIX.

Gep. 18.  P PARVIT Deus Abrahæ in conualle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso seruore diei. Cùmque eleuasset oculos suos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terram. Et dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum: sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore. Ponamque buccellam panis, & cõfortetur cor vestrum, & postea transibitis.

Vene-

A Venerunt duo angeli Sodomam vesperè, sedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cum vidisset eos, surrexit, & iuit obuiam eis: adorauitque pronus in terram, & dixit: Obsecro, domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: lauate pedes vestros, & manè proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt, Minimè, sed in platea manebimus. Compulit illos oppidò, vt diuerterent ad eum.

Laban auditis sermonibus sororis, venit ad virum, qui stabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ, dixitque ad eum, Ingredere benedictè Domini: cur foris stas?

Aduenam non contristabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Ægypti.

B Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non exprobrebis ei: sed sit inter vos quasi indigena.

Vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea ciuitatis: & dixit ad eum, Vnde venis? & quò vadis? Qui dixit ei, Profecti sumus de Bethlehem Iuda, & pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephraim, vnde ieramus in Bethlehem, nullusque sub tectum suum nos vult recipere. Qui respondit senex, Pax tecum sit, ego præbebo omnia quæ necessaria sunt: tantùm quæso ne in platea maneat. Introduxitque eum in domum suam, & pabulum asinis præbuit, ac postquam lauerunt pedes suos, recepit eos in conuiuium.

Foris non pernoctabat extraneus: porta mea omni venienti aperta erat.

C Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.

Et cum euassemus, tunc cognouimus quia Melita insula vocabatur. Barbari verò præstabant non modicam humanitatem nobis. Accensa enim pyra reficiebant nos omnes propter imbrem, qui imminebat, & frigus. In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Publij, qui nos suscipiens, triduò benignè exhibuit.

Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim inscientes quidam angelos hospitio exceperunt.

Fac diligenter hospites hospes colas.

Ne hospitem asperneris. Quandoquidem nos quoque peregrini atque aduena sumus.

D Fratrum potius, quam nostri ipsorum amore flagremus. Hospes obigit, domo carens, ac peregrinus? Per hunc illum excipe, qui tua causa peregrinatus est, idque in suis.

Cum ad Sarephtanam viduam Prophetæ se contulit, cum fame laborans hospes ad esurientem hospitam accessit, pugilli farinæ fontem perennem reddidit: non beneficij quantitatem expendens, sed hospitalitatis alacritati vicem ac mercedem rependens. Huiusmodi quippè diuina gratia est: exigua capiens, magna largitur.

Peregrinus & pauper, Dei collyrium sunt: qui eos excipit, statim oculorum sanitate donabitur.

E Profectus est Elias in Sarephta Sidoniorum, & vidit mulierem colligentem ligna, & dixit ei, Da mihi paululum aquæ, vt bibam. Profecta mulier attulit ipsi: ac bibit. Ac rursum ait ad eam, Da mihi obsecro & buccellam panis, vt comedam. Quæ respondit, Viuit Dominus Deus tuus, si quid mihi aliud est præter pugillum farinæ in hydria, & paulum olei in lecytho. En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Quid igitur Elias? Abi, inquit, & fac mihi separatim subciuericum panem, vt comedam: atque ita deinde facies filio tuo & tibi, & comedetis. Quid agis Elia? Panem vis? & separatim quaris? Non enim debes gratias agere, vt cum filiis comedas. Tu comedere vis, & filiorum agmen fame strangulare? At vidua tamen haudquaquam conturbata est: nec dixit, Tu es, qui famem inuexisti: & vt in famis reliquiis nutritarius venis? Nec rursum his verbis visa est, Tantùmne terrarum orbem reliquisti, vt ad me venires, ac liberos meos fame necares? Tu famis huiusce author es: & à me alimentum poscis? Verùm, tanquam Abrahamica quadam mulier, domum ingressa, fecit quod Elias

dixerat. Ac tum cernere erat Viduam hospitalitatis laude ipse quoque Abrahamo superiorem. Nam ille opibus atque copiis affluens, angelos hospitio excepit: hæc autem vitam ac mortem offerens, hospitalitatis officium Prophetæ præstitit. Atque intueri licebat. Naturam laborantem, ac penè oppressam, & tamen hospitalitatis munere perfurgentem. Vides proiicientia se viscera, ac Prophetam suscipientia? Vniuersam filiorum turbam sepulcra mandauit. Quantum enim ad Viduæ studium, animique inductionem attinet, illi extremum diem obierunt. Haud equidem scio quibusnam laudibus Viduam hanc efferre queam. Quoniam enim modo liberos contempsit, atque hospitalitatem coluit? Quoniam modo natura ipsa iracundia non excedit? Quoniam modo vulua non immutata est? Quoniam modo viscera non fracta & dissoluta sunt, vniuersum filiorum gregem iam iamque fame interiturum cernentia? Verum his omnibus rebus superiorem se præbuit, ac Prophetam hospitio excepit. Posteaquam igitur accepit ac comedit Prophetæ, deinceps vicem ipsi rependit. Hospitalitatem Vidua seminavit: ac nulla interposita mora segetem pietate florentem messuit. Quid enim ait Elias? Viuit Dominus, Hydria farina non deficiet, & lecythus olei non minuetur. Ita dextra Viduæ manus torcular facta est, & sinistra area, & manipuli necessarij fructum suppeditantes, Prophetæ nimirum Viduam sensim ac tenui victu alente. Torcularis & area instar Viduæ domus facta est.

De Dei misericordia & bonitate ac longanimitate: & quòd satius sit in Dei, quàm in hominum manus incidere. CAP. C.

- D**OMINATOR Domine Deus, misericors & clemens, patiens, & multa miserationis, ac verax.
- S**ermo Domini factus est ad Gad Prophetam & Videntem Dauid, dicens, Trium tibi datur optio, elige vnum quod uoueris ex eis ut faciam tibi. Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Dixit autem Dauid, Coarctor nimis: sed melius est, ut incidam in manus Domini (multa enim sunt misericordiæ eius) quàm in manus hominum. Immisitque Dominus pestilentiam in Israël de mane vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo, à Dan vsque Bersabee, septuaginta millia virorum. Cùmque extendisset manum suam angelus Domini super Hierusalem, ut disperderet eam, misertus est Dominus super afflictionem: & ait angelo percutienti populum, Sufficit: nunc contine manum tuam.
- Psal. 71.** Dominus iustus iudex, fortis & patiens, nunquid irascitur per singulos dies?
- 9. 24.** Secundum multitudinem iræ suæ non quæret. Reminiscere miserationum tuarum Domine. Quàm magna multitudo miserationum tuarum Domine!
- 30.** Misericordia Domini plena est terra. Homines & iumenta saluabis Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. Et tu Domine suavis & benignus, & multa misericordiæ omnibus inuocantibus te. Et tu Domine, miserator & misericors, patiens, & multa misericordiæ, & verax. Misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.
- 110.** Quis Deus similis tui, qui auferis iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hereditatis tuæ? Non immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reuertetur, & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras: & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra.
- Naum. 1.** Dominus patiens, & magnus fortitudine.
- Esai. 46.** Ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo.
- 42.** Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul. Non in sempiternum litigabo, neque vsq; in finem irascar: nec vox iniuritiæ conculcabit vos. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum,

A dulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas.

Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter poenitentiam. *Sap. 11.*
 Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas. *12.*
 Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Subest enim, cum volueris, posse. Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse & humanum.

Incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. Sicut enim maiestas eius, sic etiam misericordia eius.

Deus Solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. *Mat. 5.*

B Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se? *Luc. 11.*
 Tunc abierunt in locum, qui dicitur Caluarie: & illic crucifixerunt Iesum, & latrones, unum a dextris, & alterum a sinistris. Iesus autem dicebat, Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. *23.*
 Domini nostri Iesu Christi longanimitatem, salutem existimate. *2. Pet. 3.*

Atqui non dubium est, quin is, qui bonus est, idem quoque bona largiatur.

Cum multa sint, ob quae Deus in laude atque admiratione sit: tum nihil illi aequè proprium ac peculiare est, ut de omnibus bene mereri. *Basilij.*

Multas atque admirandas salutis vias Deus nouo exemplo struere nouit, ad humanitatem ac facilitatem propendens. *Na.*

Is, qui natura bonus est, bonorum quoque largitor sit necesse est.

Nemo ita sibi ipsi indulget, ut Deus hoc omnibus modis agit, ne quid mali perpetiamur. *Chrysof.*

Eiusmodi diuina lenitas est iis, qui ea abutuntur. Longiorem enim ipsis ad extremum poenam infert. Et quemadmodum iis, qui ad meliorem viuendi rationem se conuertunt, utilitati est: sic duris & obstinatis grauiorem cruciatum accersit. *Dei patientia impiis grauiorem poenam accersit.*

Quamuis Deus peruersitatem nostram praenoscat, nunquam tamen proinde, quae sua sunt, facere desinit. Nam licet nos ipsius consilia & admonitiones repudiemus: ipse tamen benignitatis suae specimen edit. Quod si nos in maiora vitia nosmet precipites damus, huius rei culpa non in eum, qui lenitate, animique equitate usus est, conferri debet (quippe qui non eo lenitatem adhibuit ut periremus, sed ut salutem consequeremur) Verum in iis demum haeret, qui ipsius omnem orationis facultatem superanti benignitati contumeliam intulerunt.

Apud nos homines, debita exposcere, opulentia est: apud Deum autem eadem condonare, diuitiae sunt. Ac nos, cum debitam pecuniam accipimus, facultatibus augemur: Deus autem, cum scelerum gratiam facit, tum denique maxime ditescit. Diuina siquidem bonitatis opes in hominum salute posita sunt, quemadmodum ait Paulus, Qui diues est in omnes qui inuocant eum. *Diuitiae Dei quae sitae.*

Dei erga homines beneuolentiam omni sermonis facultate praestantiorum ex nostrorum peccatorum recordatione perspicimus.

E Id quod omni ratione bono caret, nusquam omnino, aut fuit, aut est, aut erit, aut futurum est. *Diogenes.*

Bona est Dei iustitia: & iusta ipsius bonitas est. *Clement.*

Quemadmodum lumen non est, quod non illuminat, nec res mouens, quae non motum asserat, nec quicquam amans, quod non amet: eodem modo nec bonum est, quod non utilitatem asserat, atque ad salutem ducat.

Violentia Deo non inest: at bona voluntas semper ipsi adest. *Irenaeus.*

Natura quidem ac per essentiam Deus hoc habet, ut misericordia commoueat: ut autem irascatur, non natura ipsi comparatum est, sed ob alios contingit. *Didymus.*

Ante omnia ea, quae in Deo considerantur, essentialis ipsius bonitas incedit.

Deo peculiare hoc est, ut bona quidem protendat, ac promptè largiatur: mala autem non facile inferat. *Philonis.*

Ne peccatores quidem Deus è vestigio ulciscitur: sed corrigendi errati, ac vita in melius commutanda spatium concedit.

Gen. 6.
Prou. 25.



RONA est mens hominis ad malum ab adolescentia sua.
Tinea offium cor sensu præditum. Omni tempore oculi
hominum expectant mala. Quemadmodum facies faciebus
non sunt similes: sic neque corda hominum æqualia.

Esa. 1.
Eccli. 13.

Omne cor languens.
Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proxi-
mum sibi. Ab occurfu faciei cognoscitur prudens. Cor hominis immutat
faciem eius, siue in bona, siue in mala.

Io. 3.

Omnis, qui mala agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur o-
pera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius,
quia in Deo sunt facta.

2. Pet. 2.

A quo quis superatus est, huius & seruus est.

Basilij.

Natura ita comparati sumus, vt quæ sponte elegerimus, etiamsi dura ac laboriosa sint,
grata habeamus.

Thauma-
turge
Nax.

Repugnante natura inania omnia sunt.
Quod qui spiam in seipso minime sensit, hoc nec alteri crediderit. Qui autem id exper-
tus est, ad fidem alteri adhibendam est propensior.

Qua re cuique frui promptum est, eius desiderio parum admodum inflammatur.

Nihil perinde incundum ac suauis est hominibus, vt de alienis rebus verba facere.

Plerique aliorum vitam ex suis vitiis, animique commotionibus estimant.

Malorum magistrorum malæ disciplinæ sunt: vel, vt rectius loquar, malorum semi-
num malæ messes.

Chrys.

Spontanea molestia coacta oblectatione gratior præstabiliorque est.

Solent plerique mortalium, cum iracundia tenentur, nec eos, a quibus eorum animi com-
moti sunt, nancisci queunt, in obuios quosque ac suspectos temere iracundiã suam effundere.

Alienorum malorum ingens magnitudo acerbitas hoc efficit, vt minora nobis nostra
mala videantur, etiamsi alioqui acerbissima, ac penè intoleranda sint.

Nam tam eorum, quæ dicuntur, natura, quam animo anticipata inimicitia nos exa-
cerbare consuevit.

Complures homines ex se de aliis sententiam ferunt. Verbi gratia, Qui se vino sine vl-
la intermissione ingurgitat, haudquaquam adduci queat, vt quenquam continentia stude-
re credat. Qui scortis deditus est, eos quoque, qui honeste ac pudice viuunt, impudicos esse
existimat. Rursum, qui alienas facultates eripit, non facile sibi persuaserit, homines esse,
qui bona sua abiciant.

Quemadmodum id, quod natura repugnat, inserere, atq; in naturam inducere, arduum
est: ita contra ea, quæ natura insita sunt, immutare ac reprimere. Rectè enim illud dictum
est, Natura repugnante inania sunt omnia.

De rumore: & quod non omnibus fides adhibenda sit.
CAP. CII.

Pro. 15.
Eccli. 19.
1. Io. 4.



AMA bona impinguat ossa.

Qui cito credit, leuis est corde.

Charissimi, nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus.

Chrysost.

Solet plerumque fama tum animum deicere, tum excitare: tum absentem alacritatem
immittere, tum presentem delere.

Clement.
Philonis.

Nō quibuslibet temere atque impudenter loquentibus ac scribetibus aures dedendæ sunt.
Fama nihil celerius.



N SVDORE vultus tui vesceris pane tuo. *Gen. 3.*
 Ex cura & sollicitudine oriatur tibi pax.
 Exhibet homo ad opus suum: & ad operationem suam vs- *Psal. 103.*
 que ad vesperam. Labores manuum tuarum manducabis: *127.*
 beatus es, & bene tibi erit.

B plantat ficum, comedet fructus eius. Manus strenuorum diuitias colligunt.
 Qui congregat sibi cum pietate, multiplicabitur: Manum suam milit ad *31.*
 fortia: & digiti eius apprehenderunt fuscum. Roborauit brachium suum, & gusta-
 uit, quod bona est negotiatio.

Operamini cibum vestrum ante tempus: & dabit vobis mercedem in tempo- *Ecl. 5.*
 re suo. Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & *10.*
 eget pane. In omnibus operibus tuis esto sollicitus. In omnibus operibus *31.*
 tuis expergiscere, nec deses sis.

Homo quidam peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona *Mat. 25.*
 sua: & vni quidem dedit quinque talenta, &c.

C Ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, mini- *Act. 20.*
 strauerunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet fu-
 scipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatius est
 magis dare, quam accipere.

Quidnam bonorum in procliu est? Quisnam dormiens trophæum erexit? Quisnam lu- Basilij.
xiui studens, ac tibi arum cantu delinitus, patientiæ coronis ornatus est? Nemo vnquam, qui Excitatio
non cucurrerit, palmam abstulit. Labores gloriæ gignunt: arumque coronas conciliant. ad pium
Demus operam, vt eum, qui salutis vias nobis obsepit, prudentia & sagacitate superemus. laborens.
Ille segnitiam nobis ingenerat: nos ad opus exurgamus. Ille inanibus promissis corda nostra
ludificatur: nos ipsius consilia ne ignoremus. An non enim hoc nobis in animum immittit,
vt peccatum hodierno die perpetremus, in crastinum autem iustitiæ opera reiiciamus?

D *vt peccatum hodierno die perpetremus, in crastinum autem iustitiæ opera reiiciamus?*
 Labores diuturna consuetudine culti, exercitatis hominibus minus graues ac molesti
 accidunt.

Laboribus sanitas, & sudoribus salus comparatur.
Si carnis labores fugiamus, iustorum bona non cernemus. Chryf.
Paulum laboris subeamus, viri charissimi: ne sempiternis bonis excidamus.
Ad breue quoddam tempus durat labor: & in seculum seculi requies se porrigit.
Vbi maior est labor, illic quoque maior voluptas.
Qui mente præditus est, labores adire minime cunctatur, propter eos fructus, qui ex la-

E *boribus oriuntur.*
 Vbi que per difficultates ac labores ea, quæ commoda sunt hominibus, comparari solent.
 Labores nusquam non bona suppeditant.
 Non dormientium, ac molliter & ignauè viuentium est regnum Dei: sed violenti ra- *Clement.*
 piunt illud. Hoc enim duntaxat violenti & genus honestum ac præclarum est, nempe à Deo *Mat. 11.*
 vitam extorquere. Ipse autem eos noscens, qui arctè, vel, vt aptiori vocabulo utar, vio-
 lenter stringunt, concedit, ac manus dat. Ad hunc enim modum superari gaudet.
 Præposterum est honores consecrari, ac labores, quibus honores comparari solent, de- *Euagri.*
 fugere.

De imperij ac principatus amore: & quod temerè ad imperia & digni-
 tates prosilire non oporteat. CAP. CIIII.

Pro.
Eccli. 7.

ARS studiose affectata inter primos, ad extremum non benedicetur. **E**
Noli querere ab homine ducatum: neque a rege cathedram honoris.
Pondus super te ne tollas.

De bonis amicis.

CAP. CV.

1. Reg. 20.
Ibid.

T ADDIDIT Ionathas deierare Dauid, eò quòd diligeret illum: sicut enim animam suam, ita diligebat eum. Respondens Ionathas patri suo, dixit, Quare morietur? Quid fecit? Et arripuit Saul lanceam, vt percuteret eum. Et intellexit Ionathas, quòd còstitutum esset à patre suo, vt interficeret Dauid. **G**
Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die calendarum secunda panem. Surrexit Dauid de loco, qui vergebat ad austrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertio: & osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter. Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Vade in pace: quæcunque iurauimus ambo in nomine Domini, dicentes, Dominus sit inter me & te, & inter semen tuum & semen meum, vsque in sempiternum. Et surrexit Dauid, & abiit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

2. Reg. 1.

Doleo super te, frater mi Ionatha, decore nimis, & amabilis super amorem mulierum.

Pro.

17.

Amici pij pauperes amicos colunt. Noli fabricari mala aduersus amicum tuum, qui habitat apud te, & confidit in te. **H**
Qui celat delictum, quærit amicitiam. Omni tempore amicus tibi sit. Fratres in necessitatibus vtilis sint: propter hoc enim gignuntur. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis. Amicum tuum, aut amicum paternum ne derelinquas: in domum autè fratris tui ne rogandi causa introëas. Melior est amicus propè, quàm frater longè habitans. Cum te probris afficit amicus, retrò abscede: ne contemnas: ne te probris quidem amicus afficiat, pugna autem & inimicitia tua non abscedat, sed tibi instar mortis sit.

27.

Eccli. 4.

Melius est duos esse simul, quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ: si vnus ceciderit, ab altero fulciatur. Vt soli, quia ceciderit, non habet subleuantem se. Funiculus triplex difficile rumpitur.

Eccli. 6.

Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit eum, inuenit thesaurum. **I**
Amico fideli nulla est comparatio: & non est digna pòderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis, medicamentum vitæ: & qui metuunt

9.

Dominum, inuenient eum. Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi. Vinum nouum, amicus nouus: veterascet, & cum suauitate bibes illud. Ante mortem benefac amico tuo: & secundum vires tuas exporrigens da ei. Perde argentum propter fratrem & amicum. Non obliuiscaris amici tui in animo tuo. Amicum protegere non confundar: à facie ipsius non abscondar, & si mala mihi euenerint per illum, sustinebo.

14.

37.

22.

Nal. A-
polog. ad
Greg.
Nyl.

Amico fideli nihil omninò est, quod comparari queat: neque pulchritudo illius vlla lance expendi potest. Amicus fidelis, protectio fortis, & munitum palatium. Amicus fidelis, thesaurus vinus. Amicus fidelis, hortus conclusus, fons signatus, qui tempestiue aperientur ac percipiuntur. Amicus fidelis, refrigerij portus.

Omnia æquo animo feret amicitia, tum perpetuens, tum audiens.

Decet filios, vt paternorum bonorum, ita etiam amicitia hæredes esse.

Amicos cum dico, probos atque honestos dico, ac virtute nobiscum coniunctos.

Communia omnia faciamus, hoc est & molestias, & voluptates. Huiusmodi enim amicitia natura est.

Incerti.

Quæ ab amicis dicuntur, etiamsi contumelia sint, toleranda sunt.

Febris corporis naturam haud ita inflammare consuevit, vt animi nostri incendi solent.

A lent, cum ab iis, quos amamus, diuellimur.

Tria esse amicitiae genera edocemur. Quorum primum ac praestantissimum illud est, ^{Triplex &} quod virtute conflat. firma enim ac solida est ea benevolentia, qua a ratione profici- ^{amicitiae} tur. Secundum ac medium illud est, quod in mutuae vicis commercio consistit, quod etiam ^{genus.} liberale atque ad tuendam hominum vitam ^{vide est.} Communitis enim est amicitia grata, & beneficij memor. Tertium ac postremum illud dicimus, quod ex consuetudine ac familiaritate cum ethnicis contrahimus. Primum itaque amicitiae genus, philosophi est: alterum hominis: tertium animantis ratione carentis.

B Incundus ille amicus est, qui res quoque nostras aduersas suas ducit. Amplissimarum opum instar est amicus firmus ac constans. Qui iuxta Deum amicus est, veris suis sermonibus mel & lac fundit.

De mense amicis, atque improbis.

CAP. CVI.



MICI impij odio habebunt amicos pauperes. Vir ini- ^{Pro. 16.} quus lactat amicum suum: & ducit illum in viam non bonam. Occasiones quaerit, qui vult recedere ab amico. Iaculum & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra ^{18. 25.} proximum suum falsum testimonium. Qui benedicit manè proximo suo voce grandi, de nocte conflurgens maledicenti similis erit. ^{27.}

C Nolite credere amico, & nolite confidere in duce.

Est amicus secundum tempus suum: & non permanebit in tempore tribulationis. Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus, qui odium & rixam & conuitia denudabit. Est autem amicus focius mensa: & non permanebit in die necessitatis: & si humiliatus fueris, erit contra te. Est amicus solo nomine ^{37.} amicus. Si possides amicum, in tentatione posside illum: & ne facile credas ei. ^{6.}

Pro amico ne sis hostis. Sodalis amico coniuuatur in oblectationibus: & in tempore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico condolet causa veteris: & contra hostem accipiet scutum. Si habes, coniuuet tecum, & euacuabit te: & ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens ^{13.} spem dabit, narrans tibi bona, & dicit, Quid opus est tibi? & confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis aut ter: & in nouissimo deridebit te: & postea videns derelinquet te, & caput suum mouebit ad te. In conspectu oculorum tuorum ^{27.} dulcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissime autem peruerteret os suum, & in verbis tuis ponet scandalum.

Et quia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. ^{Mat.}

Intemperantes homines, ac gula dediti, quandiu in ipsorum ore cibi sunt, coniuuatores ^{Incerti.} laudibus afficiunt, assentantur, mirificis sermonibus predicant. At si mensa paulum differatur, quos aliquando ante voluptatis causa aequae ac Deum adorabant, maledictis conu- ^{Christi.} tiisque tanquam saxis quibusdam insectantur.

E Mutua fides ab ipsis effugit: amicitia apud eos mensa sinibus circumscribitur: salutatio- ^{Christi.} nes eorum suspicione plena sunt.

Nemo amicum ac sodalem adulatorem dixerit. Amicitia enim morbus, adulatio est. ^{Philonis.}

De munificis ac liberalibus: & quod liberalitas salutem conciliet.

CAP. CVII.



Vm vidisset Abigail Dauid, festinauit, & descendit de asino, & procidit ^{1. Reg. 25.} coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius, & dixit, In me sit, Domine mi, haec iniquitas: loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulae tuae. Ne ponat, oro, Domi- ^{D d}

nus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal: quoniam secundum nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo, &c.

2. Reg. 16. Dixit rex Siba, Quid sibi volunt hæc? Responditque Siba, Afini domestici regis ut fedaent, & panes & palatha ad vescendum pueris tuis, vinum autem ut bibat, si quis defecerit in deserto. Et ait rex Siba, Tu sunt omnia, quæ fuerunt Miphiboseth. Et prostratus Siba adorauit, dicens, Inueni gratiam in oculis tuis, Domine mi rex.

Scholium Hospitalium munerum oblatio domini facultates ad seruum transtulit.

Damasc. Misit Achaz nuncios ad regem Assyriorum, dicens: Seruus tuus, & filius tuus ego sum: ascende, & saluum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Israël, qui confurrexerunt aduersum me. Et cum collegisset argentum & aurum, quod inueniri potuit in domo Domini, & in thesauris regis, misit regi Assyriorum muna. Qui & acquieuit voluntati eius. Ascendit enim rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam, Rasin autem interfecit.

Pro. Donum hominis dilatat eum: & apud principes confedere eum facit. Donum occultum euertit iras.

Eccli. 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum.

Basilij. Beneficiorum gratia ad donantes reuertuntur.

Munificentia gloriam conciliat: tenacitas contra scommatis ac dictis patet.

De preparatis & illiberalibus: & quod ij, qui tenacitatis morbo laborant, in pericula incidunt. H

CAP. CVIII.

Iudic. 8.

DIXIT Gedeon ad viros Socoth, Date, obsecro, panes populo, qui mecum sunt, quia valde defecerunt, ut possimus persequi Zebee & Salmana reges Madiam. Responderunt principes Socoth, Forsitan palma manuum Zebee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas, ut demus exercitui tuo panes. Quibus ille ait, Cum ergo tradiderit Dominus Zebee & Salmana in manus meas, & cum reuersus fuero victor in pace, conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti. Et inde conscendens venit in Phanuel, locutusque est ad viros loci illius similia. Cui & illi responderunt, sicut responderant viri Socoth. Dixit itaque eis, Cum reuersus fuero victor in pace, destruam turrin hanc. Reuertens igitur de bello, apprehendit puerum de viris Socoth, interrogauitque eum nomina principum & seniorum Socoth, & descripsit septuaginta septem viros. Venitque ad Socoth, & dixit eis, En Zebee & Salmana, super quibus exprobrauistis mihi, dicentes, Forsitan manus Zebee & Salmana in manibus tuis sunt: idcirco postulas, ut demus tuis, qui lassus sunt, & defecerunt, panes. Tulit ergo seniores ciuitatis, & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis, & comminuit viros Socoth. Turrim quoque Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis.

1. Reg. 25. Respondens Nabal pueris Dauid, ait, Quis est Dauid? & quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui, qui fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos, & vinum meum, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo tuis, quos nescio vnde sunt.

Pro. Qui parit donis, iram fortem excitat.

Eccli. 5. Est etiam infirmitas alia pessima, quam vidi sub Sole: diuitiarum conseruata in malum domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima. Est & aliud malum, quod vidi sub Sole, & quidem frequens apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus, ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud.

Est

A Est qui locupletatur parcè agendo : & nescit quòd tempus praterat, & mors appropinquet, & relinquet omnia alijs, & morietur. Qui aceruat ex animo suo iniuste, alijs congregat : & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Fili, si habes, benefac tibi. Improbo viro proptè panem murmurabit ciuitas.

De homine querulo, & obiurgandi cupido. CAP. CIX.

V I iniuste accusat, non effugiet. Ne cum homine occasionem inimicitiae frustra suscipias: ne te malo aliquo afficiat.

B *De inuidia & emulatione.* CAP. CX.



GRESSAE sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israël, cantantes, chorosque ducentes in occursum Saul regis in tympanis lætitiæ, & sistris. Et præcinebant mulieres ludentes, & dicentes, Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste: dixitque, Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest, nisi solum regnum? Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa, & deinceps.

C Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: quoniam quem admodum si quis deglutiat crinem, ita comedit & bibit. Festinat ditescere vir inuidus: & nescit quòd misericors ipsum superabit.

Dura sicut infernus æmulatio.

Cum inuidia tabescente iter non habèbo: quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ. Inuidia improbitatis obscurat bona.

Homini liuido ad quid aurum? Zelus & iracundia minuunt dies. Ab inuidis absconde consilium tuum. Qui sibi inuidet, nihil illo est nequius, & hæc redditio est malitiæ illius: & si bene fecerit, ignoranter, & non volens facit, & in nouissimo manifestat malitiam suam. Omnis peccator, inuidus, & bilinguis, improprium & contumeliam hæreditabit. Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. In muliere zelotypa flagellum linguæ omnibus communicans. Ne consilium in eas cum homine obliquis oculis te aspiciente.

Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Vbi zelus & contentio, illic inconstantia, & omne opus malum.

E Frates, inuidiæ affectum caueamus: ne operum aduersarij socij efficiamur, atq; eodem iudicio condemnati inueniamur. Nam si, qui superbia effertur, in diaboli iudicium incidit, quonam tandem pacto inuidus supplicium diabolo paratum effugiet? Inuidia etenim nullus exitiosior affectus in hominum animis innasci potest. Vt enim ferrum rubigo, ita inuidia animam, quam obsederit, consumit. Imò, vt rectius loquar, quemadmodum viperam exeso materno ventre in lucem edi: eodem modo inuidia quoque hanc naturam habet, vt parturientem se animam laceret atque conficiat. Liwor enim nihil est aliud, quam dolor ex alterius rebus secundis susceptus. Quo fit, vt mœrores animique acerbitates inuidum nunquam deserat. Vberes fructus ager vicini produxit? domus ipsius omnibus vitæ commodis circumfluit? in perpetua animi voluptate versatur? Hæc omnia homini inuidia laboranti morbi alimonia, & doloris accessio sunt. Animi magnitudine præstat quispiam, optimaq; valetudine vitur? Hæc inuidum lancinant. Alter formæ venustate antecellit. Alia hæc inuidorū plaga est. Quidam animæ dotibus multos antecedit, prudentiæ quæ atque eloquentiæ nomine omnium oculos ad se conuertit, beatúsque prædicatur? alius rursus opibus abundat, atque in impertienda egentibus re sua familiari præclarū munificentia specimen edit, ingentibusque ab iis, quos beneficiis inuat, laudibus celebratur? Hæc omnia plagæ ac vul-

A Intolerabile hoc malum fugiamus. Serpentis doctrina est, demonum inuentum, hostis Inuidia
 semen, poenae arrabo, pietatis impedimentum, via ad gehennam, regni priuatio. serpentis
 Inuidos nonnulli vel per oculos solos morbum inuicere arbitrantur. Ego vero hoc qui-
 dem plane reuicio: illud autem aio, boni odio percitos demones, cum commodas sibi sipsis ap-
 positaque voluntates nacti sunt, omni modo iis ad id quod sibi proposuerunt, abuti: ita ut
 inuidorum etiam oculos ad voluntatis suae ministerium adhibeant.

Inuidia morbo laborantes vel ipsa quodammodo facies prodit. Siccus ipsis ac splendo-
 ris expers est oculus, tristes genae, collapsum supercilium, animus hoc affectu conturbatus,
 veritatis iudicium in rebus haudquaquam habens.

B Fortem audacem vocant, temperantem durum ac stupidum, iustum crudelem, prudentem
 versipellem. Magnificum ut profusum, liberale ut decoctorem traducunt: ac rursus eum,
 qui rem familiarē commodē administrat, ut praeparatū ac tenacem criminatur. Ac, ne sim-
 lōgior, nullū virtutis genus est, quod apud eos vocabulo careat, à contrario vitio deriuato.

Proprium diaboli malum est inuidia, quae nec enuntari potest, nec medicinam recipit. Proprium
 Qui capitis dolore afficitur, dolorem suum medico exponit. Qui autem inuidia morbo pre-
 mitur, quid dicat? Fratris bona me in merorem coniciunt: Vnusquisque id dicere erube-
 scit. Heus tu, quid gemis? Tuum malum, an alienum bonum? malum est
 inuidia.

Canes, cum alimus, mansuetos efficiamus: inuidum autem beneficio afficientes, asperio-
 rem ac truculentiorē eum reddimus. Neque enim ob ea beneficia, quae à te accipit, gaudet:
 verum opibus tuis & copiis angitur. Cave itaque ne in diaboli laqueum incidas.

Pulchrum inuideri: turpis inuidia.

C Incede celsus, inuidos linquens humi.

Quidnam hominibus inuidis miserius excogitari queat? Cum gaudere ipsis, atque ex Chryf.
 gaudio emolumentum percipere liceat, malūt tamen ob aliorum gloriam, nominisq; splen- Inuido ni-
 dorem mæstitia affici, atque vna cum ea mæstitia cruciatum quoque à Deo, poenamque hil mise-
 intolerandam sibi accersere. rius.

Inuidia perturbatione plena est. Inuidia ignis inextinctus. Inuidia detrimētum ac per-
 niciam ad inuidem ducit. Quemadmodum enim vermis lignum corrumpit: sic etiam simile.
 inuidia eum quidem, qui inuidet, tabe conficit: eum autē, cui inuidetur splendidiorē reddit.

In rebus secundis, inuidiam effugere impossibile est.

Nihil sceleratius est, quam alterius felicitate morderi, disrumpi, contabescere.

D Nihil grauius est, nihil miserius, quam inuidia morbum contrahere, ac liuore confici.
 Ais te toto pectore Deum obsecrare, ut à libidinosis & venereis cogitationibus libe-
 reris. Ergo eodem modo eum toto animo, id quod maius est, roga, atque obsecra, ut à liuore
 atque inuidia vindiceris. Siquidem in execrandum hunc affectum magis propendes.

De prepostero sui amore: & quod nemo seipsum iustum pronunciare aut
 laudare debet. CAP. CXI.



E MNIS vir sibi ipsi iustus esse videtur. Laudet te alienus, & Pro. 27a
 non ostuum. Ne sis sapiens apud teipsum. Via stulto- 3.
 rum rectae sunt in oculis suis.

Va qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismet- Esa. 5.
 ipsis prudentes. Qui dicunt, recede à me, ne appropinques 69.
 mihi, quia purus sum. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ar-
 dens tota die. Ecce scriptum est coram me: nō tacebo, sed red-
 dam & retribuam in finem eorum iniquitates eorum, & patrum suorum, di-
 cit Dominus.

Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quē Dominus cōmendat. 2. Cor. 10.
 Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Rom. 12.

Omnes hoc vno nomine pij sumus, quod aliis impietatis condemnamus. NaX.
 Actionum suarum lenes ac placidi iudices, alienarum autem seueri censores.

Dd ij

*Esai. ab-
bays.
Philantia
nihil gra-
uius.* Qui sua ditaxat causa omnia faciunt, philantia, hoc est malq omnium grauissimo, stu-
deat. Quod quidem hoc affert, vt à societate atque commercio & amicitia quispiam ab-
horreat, iniusteque & inpiè se gerat. Natura enim hominem non vt soliuaga animantia
condidit, sed vt gregalia communibusque pascuis vrentia: vt non sibi ipsi soli viuat, ve-
rum etiam matri & patri, & fratribus, & uxori, & liberis, aliisque cognatis, & ami-
cis, & popularibus ac tribulibus suis, & patriæ, & prouincialibus suis, & omnibus ho-
minibus, atque insuper vniuersitatis partibus ac toti mundo, multoq; etiam ante Deo &
creatori. Eum enim, siquidem rationis particeps est, societatis coniunctionisque studiosum,
& mundi & Dei amantem esse oportet, vt Deo quoque charus efficiatur.

Euagrij. O quam auersandus & execrandus est cæcus sui amor, cui omnia odio sunt.

De Dei donis ac beneficiis: & quod ea iis, qui honestè viuunt, mercedis loco
à Spiritu sancto rependuntur: & quod venia indigni sint, qui di-
uinam gratiam muneribus & pecuniis mercantur.

C A P. C X I I.

Io. 3. **R**ESPONDIT Ioannes: Nemo potest accipere à seipso quic-
quam, nisi fuerit ei datum de coelo.
*Rom. 11.
Act. 8.* Sine poenitentia sunt dona & vocatio Dei.
Videns Simon, quia per manuum impositionem daretur Spi-
ritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens, Date & mihi hanc
potestatem, vt cuicumque imposuero manus, accipiat Spiritum
sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in
perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi
pars neque fors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram Deo.
1ac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, defursum est, descendens à
patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

Inerti. Deus eorum, quos beneficiis afficit, saluti vehementius consulens, interdum non statim
Cur Deus dona sua ipsis impertit atque infundit: idq; vtilitatis ipsorum causa: ne scilicet maiori sup-
no statim plicio obnoxij reddantur, qui diuinas gratias proculcarint, earum magnitudinem idcirco
quosdam ignorantes, quod facile ac celeriter eas consecuti sint.
*beneficio
afficiat.* Quæ Pater largitur, ministrante Filio, ac suppeditante Spiritu sancto, non ita largi-
tur, vt fert diuinæ maiestatis potestas, sed vt accipientibus conducit.

De his, qui malo gaudent, ac res improbas amplectuntur, & iustas
aspernantur.

C A P. C X I I I.

Psal. 9. 30 **C**OMPREENDVNTVR in consiliis, quibus cogitât. Mu-
ta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniqui-
tatem. Qui oderunt iustum, delinquent. Benedicentes iu-
stum, hæreditabunt terram.
33. 36
*Prø. 29.
17.* Sapientes & prudentes malos appellant. Viri sanguinum
participes odio habebunt sanctum. Qui iustum iudicat in-
iustum, & iniustum iustum, immundus & abominandus est a-
pud Deum. Qui impium iustum dicit, maledictus erit apud populos, & exosus
inter gentes. Qui lætantur cum malefecerint, & exultât in rebus pessimis: quo-
rum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum: quia elongant se à via recta, &
auertunt à iusta sententia. Qui lubens peccat, delectatur pugnis. Quærentè
mala, mala persequentur. Omni tempore oculi malorum expectant mala.
Esai. 30 Væ animæ eorum, quia inierunt consilium malum aduersum seipso, dicentes,
Vinciamus iustum, quoniam incòmodus est nobis. Ergo fructus operum suorum
come-

A comedent. Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum, qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. 5.
 Filii, in bonis non des maculam. Non est iustum aspernari pauperem sapientem, neque consentaneum glorificare virum peccatorem. Ecli. 33.

Proditio veritatis est, atque assuefactio ad exitium, eorum, qui peruersitati student, Basil. comprobatio.

B Multi sunt, qui actiones improbas laudent, atque scurrilem suauem ac lepidum appellant, obscœnis verbis videntem, vrbani ac festiuum, acerbum & iracundum, non commendandum, tenacem atque à largitione abhorrentem vt rei familiari optimè consulentem laudibus efferant, profusum ac decoctorem vt liberalem, impudicum & libidini deditum vt voluptatibus belle fruentem atque hilaritate præditum. Atque, vt rem vno verbo complectar, vitia omnia vicinas virtutes esse statuunt. Huiusmodi homines ore quidem suo benedicunt, corde autem maledicunt. Etenim per verborum laudem maledictionem omnem animæ suæ accersunt, vt qui, per ea quæ comprobant, sempiternæ pœnæ obnoxios se reddant. Hom. in psal. 61. Quidam vitis vicinarum virtutum no-

Diligenter nobis ipsi animam adiiciamus, ne vquam aut impium aliquem hominem, aut sermonem, ob ipsius erga nos fauorem, comprobemus ac iustum pronanciemus, ad buunt, eumque nos per assensum adiungamus.

C Etiam si quis nobis obrectare in animum induxerit, non eo nomine discruciemur, quòd malè audiamus, sed quòd iuste traducamur. Nam si improbè ac flagitiosè viuamus, etiam si nemo maledictis nos incessat, tamen omnium miserrimi sumus. Si autem virtuti studeamus, etiam si vniuersus terrarum orbis conuictus nos insectetur, tamen omnium felicissimi erimus. Chryf. Quid in inuicis cogitandū.

Non solum vitium sequi, sed eos, etiã qui vitiosè viuunt, laudare, non vulgare quoddam supplicium accersit, atque adeo, vt mirum aliquid dicam, grauius quàm sit eorum, qui improbam & flagitiosam vitam ducunt. Viriosos laudare grauis-

D Peccantes enim laudare, quantum ad supplicij rationem attinet, longè grauius est quàm peccare. Ac meritò sanè. Corrupta enim voluntatis est, atque animæ incurabili morbo laborantis hic calculus. Nam qui improbitatem laudibus effert, pœnitentiæ remedio seipsum priuat. Ac proinde non abs re Paulus hoc illo grauius atrocisq; esse quasi lege lata ut scelus sanxit. Quocirca non ij solum qui vitij operam dant, sed ij etiam qui eos laudibus vehunt, eodem quo illi, atque adeo grauiore supplicio afficiuntur. nam pœnam nobis accersit. Quam gra sit im-

Vituperare eum qui reprehensione caret, in Deum peccare est. Sceleris incrementum est, non modo peccare, sed etiam alijs peccantibus fauere.

De grauib; & nefarijs flagitijs.

CAP. CXIIII.



E VM QVE habitaret Iacob in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui. Gen. 35.

Videns Onam nõ nasci sibi filios, introiens ad vxorẽ fratris sui, semen fundebat interram, ne filij fratris nomine nascerẽur. 38.

Abimelech conduxit sibi viros inopes & vagos, secutiq; sunt eũ. Et venit in domũ patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobaal septuaginta viros, super lapidem vnum: remansitq; Ioatham filius Ierobaal minimus, & absconditus est. Iudic. 9.

Eduxit ad eos homo concubinam suam, & eis tradidit illudẽdam: qua cum tota nocte abusi essent, dimiserunq; eam manẽ. At mulier recedentibus tenebris, venit ad ostium domus vbi manebat dominus suus, & ibi corruit. Videns autem homo ille quòd esset mortua, tulit eam, & imposuit asino, reuersusq; est in domum suam. Quam cum esset ingressus, arripuit gladium, & cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frusta cõcidens, misit in omnes terminos Israël. 19.

1. Reg. 11. **D**ixerunt omnes viri Iabes ad Naas, Habeto nos foederatos, & seruiemus tibi. Et respondit Naas Ammonites, In hoc feriam vobiscum foedus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in vniuerso Israël. Et dixerant viri Iabes, Concede nobis septem dies, vt mittamus nuncios ad vniuersos terminos Israël: & si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te.

22. **A**it rex emissarius qui circumstabant eum, Conuertimini, & interficite sacerdotes Domini: nam manus eorum cum Dauid est, scientes quod fugisset, & non indicauerunt mihi.

2. Reg. 13. **A**pprehendit Amnon sororem suam, & ait, Veni, cuba mecum, soror mea. Quae respondit, Noli frater mi, noli opprimere me: neque enim hoc fas est in Israël. Noluit autem acquiescere precibus eius, sed praeualens viribus, oppressit eam, & cubauit cum ea. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita vt odium esset maius quo oderat eam, amore quo antè dilexerat. Dixitque ei Amnon, Surge & vade. Quae respondit ei, Maius est hoc malum quod nunc agis aduersum me, quam quod antè fecisti, expellens me. Et noluit audire eam: sed vocato puero qui ministrabat ei, dixit, Eiice hanc à me foras: & claude ostium post te.

ibid. **P**raecipit Absalom pueris suis, dicens, Obseruate cum temulentus fuerit Amnon vino, & dixerit vobis, percutite eum & interficite: & nolite timere: ego enim sum qui praecipio vobis. Fecerunt ergo pueri Absalom aduersus Amnon, sicut praeeperat eis Absalom.

Prou. 30. **P**er tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere: Per seruum, cum regnauerit: per stultum, cum saturatus fuerit cibo: per odiosam mulierem, cum in matrimonio fuerit assumpta: & per ancillam, cum fuerit haeres dominae suae.

De Christianis, & Gentium Ecclesia. CAP. CXV.

ose. 2. **V**ocabo non populum meum populum meum, & non dilectam dilectam.

isa. 35. **L**atabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebunt sicut lilium. Germinans germinabit. Dederunt in deserto aquam & fluuios, ad potandum genus meum electum, & populum meum quem acquisiui, vt virtutes meas enarraret.

65. **I**nuentus sum à non quaerentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant. Dixi, Ecce ego, ad gentem quae non inuocabat nomen meum. Latere sterilis quae non parit, decata laudem quae non pariebat: quoniam multi filij desertae, magis quam eius quae habet virum. Seruos suos vocabit nomine nouo, quod benedicetur in terra. Benedicent enim Deum verum. Benedicet me populus meus, quem elegi vt enarraret virtutes meas.

1. Pet. 2. **V**os autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecutus misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

1. Io. 3. **C**harissimi, nunc filij Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quia cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicut est.

querti. *Christianus sui ipsius potestatem non habet: sed Deo vacat.
Christiani munus nihil aliud est, quam mortem meditari.
Prorsus Christianus quietis & tranquillitatis, ac pacis amicus & familiaris est.
Christiani hominis non habitum, sed animi affectum comproba.*

Deum magis timendum esse quam homines. CAP. CXVI.

Timuerunt



A MVERVNT obstetrices Deū, & non fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti, sed conferuabant mares. *Exod. 1.*

Respondit Balaam, Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar. *Num. 22.*

Dixit Amasias ad hominem Dei, Quid fiet de centum talentis quæ dedi militibus Israël? Et respondit ei homo Dei,

Habet Dominus vnde tibi dare possit multò his plura.

Cum rex Amasias Israëlitas pretio conduxisset, ipsiſque centum argenti talenta dedisset, accedens Propheta, veruit eum conductos milites ad belli societatem accipere. Atque Damasc. B contemptis centum talentis Deo paruit: eique obedientia victoriam conciliauit.

Dixerunt senes ad Susannam: Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in concupiscentia tui sumus: quam ob rem assentire nobis, & commiscere nobiscum. Quòd si nolueris, dicemus contra te testimonium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas abs te. Ingemuit Susanna, & ait, Angustia mihi sunt vndique. Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini. *Dan. 13.*

Respondunt tres pueri regi, dicentes, Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ò rex, liberare. Quòd si noluerit, notum sit tibi quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam statuisti, non adoramus. *3.*

Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Timete autem potius eum, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. *Mat. 10.*

Respondens Petrus & reliqui Apostoli, dixerunt: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. *Act. 5.*

Modò enim hominibus suadeo an Deo? aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. *Gal. 1.*

De mendacio & calumnia. CAP. CXVII.

D



VOCAVIT ad se homines domus suæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, vt illuderet mihi: ingressus est ad me, vt coiret mecum. Cùmque ego succlamassem, & audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. *Gen. 39.*

Non mentiemini, neque calumniabitur vnusquisque proximum suum. *Leuit. 19.*

Non falsum testimonium dices aduersus proximum tuum. Si steterit testis mendax contra hominè, accusans eum impietatis, stabunt ambo quorù causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum & iudicum qui fuerint in diebus illis. Cùmque diligentissimè perscrutates inuenerint falsum testè dixisse còtra fratrem suù mendaciù, reddet ei sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malù de medio tui: vt audientes ceteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. *Deut. 5. 19.*

Prædicauerunt ieiunium, & federe fecerunt Naboth inter primos populi. Et adductis duobus filiis diaboli, fecerunt eos federe contra eum. At illi scilicet, vt viri diabolici, dixerunt testimonium contra eum coram multitudine. Benedixit Naboth Deum, & regem: quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. *3. Reg. 21.*

Perdes omnes qui loquuntur mendaciù. Disperdet Dominus vniuersa labia dolosa. Qui loquitur iniqua, non direxit in còspectu oculorum meorum. *Psal. 5. 11.*

Qui nititur mendacijs, hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aues volantes. Abominatio Domino labia mendacia. Qui congregat thesauros lingua mendacij, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis. Lingua mendax odit veritatem. Abominabilia coram Deo sunt labia mendacia. Sermo *Pro. 10. 21.*

D. IOANN. DAMASCENI

nem vanum & mendacem longè fac à te. Testis falsus interibit. Ne sis falsus testis contra tuum ciuem.

Eccl. 7.

Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius.

Sap. 1.

Os quod mentitur, occidit animam.

Zach. 8.

Iuramentum mendax ne diligatis: Omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit Dominus omnipotens.

Dan. 13.

Confurgentes duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput eius. Quæ flens suspexit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Et dixerunt presbyteri, Cum deambularem in pomario soli, ingressa est hæc cum duabus puellis, & clausit ostia pomarij: & dimisit à se puellas. Venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiseri. Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit: Deus æterne, qui absconditor es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me.

Eccl. 7.

Noli arare mendacium aduersus fratrem tuum: neque in amicum similiter facias. Noli velle mentiri omne mendacium: affiduitas enim illius non est bona. Macula mala in homine, mendacium. Ab immundo quid mundabitur? & à mendaci quid veri proficietur? Melior est fur, quam qui perpetuò iurat: ambo perditionem hæreditabunt. H

Act. 5.

Vir quidam, nomine Ananias, cum vxore sua Sapphira vendidit agrum, & fraudauit de pretio conscia vxore sua.

1. Jo. 2.

Omne mendacium ex veritate non est.

Gal. 4.

Inimicus factus sum vobis, verum dicens vobis.

Anonymi. f. Bas. Menda- cium extre- ma impro- bitatis li- nea.

Neque in forensibus concertationibus, neque in alijs actionibus aptum est mendacium ijs, qui rectum ac verum vitæ iter capessendum sibi proposuerunt.

Extrema improbitatis linea est mendacium.

Videtur quodammodo oratio, cum semel à veritatis curriculo deflexerit, in multas & periculosas absurditates præceps ferri.

Prolapsio à veritate, hallucinatio & cæcitas mentis est.

Veritas vna est: mendacium multiplex.

Chryf.

Mendacium in altum assurgit: mutua fides fugam corripuit: veritas terram reliquit: calumniatores falsum vendunt, in mutua perniciem mentientes: iusiurandum omne absumpserunt hi, qui hoc vno nomine Deum norunt, quod iurant.

Falsæ opiniones atque sententiæ, per innumera mendacia grassantes, vnam & eandem doctrinam suam narrationem non habent.

De susurronibus. CAP. CXVIII.

Eccl. 21.

28.

5.



VSURRO coinquinabit animam suam: & vbiunque habitabit, odio habebitur. Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Non appelleris susurro: & lingua tua ne capiaris, & confundaris.

De die & hora mortis nostræ: & quòd ad eam nos præparari oporteat.

CAP. CXIX.

Psal. 38.

sap.

7.



VI s est homo qui viuet, & non videbit mortem? Para ad exitum opera tua: & præparare ad agrum. Patres nostri & Propheta vbi sunt? nam in æternum viuent? Vnus omnibus introitus ad vitam, & vnus exitus.

In om-

A In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: & in aeternum non peccabis. Memento quia mors non tardat: & testamentum inferorum non dormitat. Memorare nouissima tua: & define quenquam odisse. Noli metuere iudicium mortis. Memento quae ante te fuerunt, & quae superuentura sunt tibi: hoc iudicium a Domino omni carni. Et quid recusas in beneplacito Altissimi? siue decem, siue centum, siue mille anni. Non est enim in inferno accusatio vitae. In consummatione hominis reuelatio operum ipsius.

Ecl. 7.

1.3.

41.

Vigilate, quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit.

Mat. 14.

Luc. 12.

B Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur a nuptiis, ut cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenit vigilantes. Amen dico vobis, quia praecinet se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quia si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos igitur estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

Eum, qui vitam auspiciatur, Vita finem ob oculos habere conuenit.

Basil.

Hom. ad-

hort. ad

Baptif.

Pro. 1.

Status ho-

minis mo-

rientis.

C uersio tua quasi tempestas affutura est: cum videlicet Vita subsidia te deficient: animi autem anxietas, ac solati expers afflictio te undique obsidebunt, desperantibus salutem tuam & medicis & propinquis: cum crebro ac sicco anhelitu compressus, vehementi febre interinas partes inflammante atque succedente, imo quidem pectore ingemisses, qui autem morroris socium tibi sese adiungat, non inuenies: ac tenue quidem aliquid & imbecillum proloqueris, qui autem audiat, non erit, verum qui cquid a te proferetur, tanquam deliramentum contemnetur. Et quamuis medicus quasdam horas tibi polliceatur, tuque ipse ob eam vitam cupiditatem, quae naturam omnibus insita est, tibi minime diffidas, mors tamen astat, ij quae adurgent, quibus te abducendi negotium datum est. Quis porro te liberet? Deus, a te contemptus, ac pro nihilo habitus? At fortasse tuas preces exaudiet? Nunc enim videlicet cum audis. Emendationis spatium concedet? Pulchre scilicet eo usus es, quod tibi concessit.

D Alta nox, & morbus grauis: ac, qui opem ferat, nusquam est: qui hereditati imminet, in promptu, qui quae omnia ad utilitatem suam admittit: frustra laborat, qui consilia & decreta exequi studet. Postea huc atque illuc circumspectans, ac cernens qua in solitudine verseris, tum denique stultitiam tuam agnosces, tum amentiam tuam deplorabis, qui diuinum mandatum in tale tempus referu aris, cum & lingua dissoluta & debilitata est, & manus tremula, compressionibus subinde agitata: ita ut, quid voluntatis habeas, nec voce, nec litteris significare possis.

E docet nos Dominus res necessarias minime negligere, verum vitam subsidiis mature comparatis, sponsi aduentum in preparatione cordis expectare. Etenim prudentes virgines, ut litteris sacris proditum est, quod oleum in lampadibus suis haberent, una cum sponso ingressae sunt: fatuae autem, quod minime sese preparassent, a lato illo thalamo exclusae sunt.

Non sedulam salutem tuam operam dabis, o homo? Non in presenti aeo futuri seculi requiem tibi ante recondes, in formica scilicet exemplum intuens, quae aestiuo tempore hibernum cibum sibi congerit: ac non ob eam causam, quod hiemis molestiae nondum adsint, tempus per ignauiam transmittes, verum acerrimo quodam studio ad laborem te ipsum adurgens: quoad alimoniam quantum sat sit, in horreis conditum habueris.

Pro. 6.

Beata anima illa est, quae diu nocturne nihil aliud curat atque animo versat, quam quoniam vitam pacto in magno illo die, quo creatura omnis ad iudicis tribunal sistetur, rerum in vitam gestarum rationes reddat. Nam qui diem illum atque horam sibi ante oculos ponit, atque quidnam in illo tribunali, cui nulla impostura fieri potest, purgandi sui causa allaturus sit, Quam vtilis extre-

Quam v-

tilis extre-

mi iudicij

assidua co

sideratio.

Ideo peccamus, quia Dei timore careremus. perpetuo meditatur, hic certe vel nulla omnino, vel certe quam minima peccata committet. Quandoquidem non alia de causa fit ut peccemus, quam quod a nobis diuinus timor abest. Cui autem referendarum rationum expectatio in conspectu est, huic sane in inconsultas actiones aut cogitationes incidendi nihil spatij dabit timor ille, qui in ipsius animo sedem sibi fixit.

Nat. Orat. de rathana. Orat. de neb. de Caesar. Frustra respicit aliquis, cum extremo vita spiritu conflictatur: quo scilicet tempore, ob alterius vita tribunal, suarum quisque rerum aequus iudex est.

Sapientum verbis adducor ut credam, generosam omnem Deoque charam animam, posteaquam corporis vinculis soluta, hinc excesserit, protinus bonum illud, quod eam manet, persentientem & contemplantem (utpote eo, quod mentem caligine obducebat, vel purgato, vel abiecto, vel, quo verbo ea res appellanda sit, nescio) mirabili quadam Voluptate affici, & exultare, atque hac vita, velut graui quodam carcere, fuga relicta, excussisque compedibus, quibus animi penna deprimi solebat, hilarem ad Dominum sui conuolare, beatitudinēque recondita velut iam per imaginem frui.

Orat. de seipso. Corporis atque animae dissolutionem, tanquam certa libertati praestitutum diem expecto. Eta. Leto ac iucundo animo ad alteram vitam migra: Vbi nec quisquam effectus est, nec senex, verum omnes spirituali aetate perfecti.

InTetra. Semper saluti tu quidem stude tuae: Potissimum autem sub diem vitae vltimum. Venit senectus: exitum praecono canit.

Inmonof. Iamb. Incerti. Hier. 9. Parentur omnes: imminet iudex Deus. Vitam lucrari est, in dies cunctos mori.

Ecquem fugit hoc Scripturae sacrae aenigma, cum mortem per fenestras nostras intrare ait? Sensus etenim, per quos animus, ad res externas prospiciens, ea quae vult arripit, fenestras appellauit. Quas quidem morti aditum munire diuinus sermo pronunciat. Ad molestias subeundas te para: atque earum maximam partem elucraberis.

D. IOANNIS DAMASCENI
Parallelorum finis.

D. Ioan.